litas cessit Gentilium tot seculis confirmata superstitio; cessit denique totus orbis terrarum fidem Christianam amplectendo. ergo q.

Obiectio. 77. Ut mixtum verum ab effectu pure mirabili discernere possimus, omnes et singulas universae naturae leges, et vires compertas habeamus oportet; atqui cognitionem hanc assequi non possumus: ergo q.

Responsio. Nego maj. Namque ut tuto pronunciare possimus aliquos effectus vere esse miracula, satis est, ut constantes quasdam naturae leges exploratas habeamus quibus cum conciliari non possint ejusmodi effectus. Caeterum huic objectioni quam Rousseauius sibi proponit optime respondet Clarius his verbis: Rerum naturalium, inquit, inadaequatam nobis esse ideam, aut non sit adaequata, nisi non nos posse ultro fatemur. Attamen tanta non est ignorantia nostra, ut nunquam quidquam praeter naturae ordinem esse affirmare possimus. Multa scimus, et quotidiana omnium experientia constant, qualia sunt, quae modo dicimus. Proprietates quidem omnes humanae naturae, et substantiae, quibus homo constat, non satis esse notas per nos ostendimus: nec eo secius ab homine decem millia pondo attolli, et ignis vehementissimam ardentissimate ferri non posse notum est. Si quis tantum pondus ferat aut illaesus in medijs ignibus diu maneat, id praeter naturae ordinem omnibus liquet.

Instantia prima. Rousseauius tamen instat, et inquit incognitas fortasse quasdam naturae leges eos operari effectus, quos miracula appellamus. Quis enim prohibet quominus ordo quidam naturae diversus a pervulgato, nobisque adhuc incognitus admittatur, ita ut ratione eorum effectus isti insoliti quos in miraculis numeramus necessario eveniant: ergo q.

Responsio. Nego ant. Leges et ordinem quemdam naturae incognitum absque fundamento sibi fingit Rousseauius, quinimo mera figmenta sunt. Leges illae nobis incognitae, quae generalibus et notissimis naturae legibus et ordini

ad-

adversantur. Cum enim leges omnes nobis perspectae nostro v. gr. aevo non desint imparare, quomodo leges aliae per multa annorum millia steriles, et otiosae supponi possunt, quae vitam mortuo restituant, et deinde in quietem suam inertiam relabantur? Id quidem nunquam dabimus. Leges enim naturae constantes sunt, et iisdem in circumstantiis physicis positae eosdem semper producere debent effectus. At non videt Rousseavius in quas se tenebras abdat dum ad incognitas leges et ordinem recurrit. Quid enim? Ordo ille vel naturae cognitus est, vel non. Si primum quomodo comprobatur, vel quomodo Prophetis, Apostolis, aliisque pietate conspicuis innotescere potuit? Si alterum, vel est diversus a conspicuo hoc totius mundi corporei ordine, vel est idem cum eo. Si est idem, quomodo merus incognitus dici potest? Si diversus est necne tamen oppositus? at repugnat utique, ut eodem tempore duo ordines inter se pugnantes obtineant; si enim oppositus, cum noto igitur nobis ordine congruat.

Humanam industriam quotidie perfici, novosque indies in natura, ac scientiis studio progressus fieri, videmus, subjungit Rousseavius. Sic incognitum olim erat, modo tamen repertum est remedium, cujus ope aquis demersos ad vitam revocare valemus. Inquirimus etiam artificium quoddam per quod nequando interruptos a mortuis munitamus. Sic sperari potest etiam, ut arcanum aliquod inveniatur cujus auxilio illis, qui mortui existimantur, vita restituatur. In natura igitur incognitae quaedam leges esse possunt quibus effectus, quos miracula vocamus, sint tribuendi.

Ineptissimas hasce cavillationes, argutiasque ridiculas quis est qui non Responsio. videat? Novos in naturae studio fieri progressus non inficiamur; at numquid ideo eo pertingunt homines, ut miracula etiam efficiant, quae vim infinitam requirunt? Nos quidem non latet converti homines in aquam lapsos.

et

at in illis respiratio tantum interclusa erat, quod si motus revocari fui-
sset remedium ad eos resuscitandos inventum nullam proinde vim habui;
et. Quaestus etiam artificium ad resuscitandos eos, qui suspendio interem;
pti erant. Quid inde! Numquid repertum fuit? At fortasse Rousseauius
concludit, reperietur etiam arcanum quoddam, quo omnes, qui quocumque
mortis genere perierunt ad vitam revocentur. Egregia vere conclusio. Ve;
rum cur non etiam sperari potest iis quoque vitam esse restituendam, qui
numquam eam amiserunt! Uno verbo quando mirabilia, de quibus Philo;
sophus iste somniatur, invenient, illi perennem honoris statuam erigemus.

20. Propositio 5ta 78.

Prophetia stricte accepta possibilis, ejusque solus Deus
est causa efficiens.

Pars prima prob. Prophetia stricte accepta possibilis est, si res futu;
ras quae in causis naturalibus praevideri non possunt, Deus certo praedicere
queat atqui res istas potest Deus ergo. Min. prob. Namque iterum praedictio hoc
possibilis est, si res futuras Deus certo cognoscat, earumque cognitionem hominibus
manifestare possit; atqui res ita se habet: ergo. Min. certissima est, quis enim
inficias ierit, Deum quidquid futurum est exploratum non habere, cum omnia
nuda sint, et aperta oculis ejus? Quis porro prohibet quominus Deus ea quae novit,
hominibus revelet? Propter si solo lumine naturali adjuti plurimos eventus prae;
vident homines qualia sunt ~~[illegible]~~ eclipses, aliaque phaenomena, cur divina vera
illustrati revelationis ope futurorum participes fieri non poterunt?

Pars altera prob. Praedictio futurorum proprie dicta omnem humanam in
telligentiam superat: ergo solus Deus potest esse illius causa efficiens. Ant.
prob. Eorum praedictio humanam intelligentiam superat, quae in causis natu;
ralibus praevideri non possunt; atqui ejusmodi sunt eventus futuri, circa quos
praedict. proprie dicta versatur ergo c. Hinc Deus, ita Deus ipse testatur:

Re;

Recordamini, quia ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei annuntians ab exordio novissimum, et ab initio, quae needum facta sunt.

Pars haec unanimi etiam populorum consensione confirmari potest. Omnes enim sese jactarunt oracula vera vel falsa, eos vates, qui sese a Diis afflatos gloriabantur: omnes igitur futurorum praenotionem soli Deo propriam esse consentiebant.

Religio igitur Prophetiis firmata non potest non esse vera, et divina. cum enim Corol.
solus Deus sit Prophetiae causa efficiens, isque solus possit futura, quae in causis naturalibus non praevidentur, praedicere, si quae doctrina seu religio prophetiis nitatur ab omni prorsus errore immunis esse debet; alioquin in ipsum Deum tanquam errorum auctorem merito refundendus esset.

Miracula, et Prophetias divinae Revelationis signa esse ostendimus. His porro Scholion.
signis, quae motiva etiam credibilitatis appellari solent, tanquam fundamentis certissimis paulo post utemur ad stabiliendam contra incredulorum cavillationes veritatem, et divinitatem Religionis Christianae. Cum tamen in novi testamenti libris facta contineantur, quibus ipsius Religionis veritas, et divinitas nititur, rectus ordo postulat, ut imprimis ab incredulis ipsis horum librorum auctoritatem vindicemus. Atque ut ea, quae hac de re dicturi sumus clariora evadant, operae pretium erit iterum regulas criticae, quas in logica exposuimus, attente perlegere atque ad memoriam sedulo revocare.

Caput 6.

De librorum novi foederis auctoritate.

Liber genuinus est, qui et ab eodem auctore, cujus nomen praefert, Quid liber genuinus?
et eo quo dicitur tempore conscriptus est

Novi foederis libri genuini sunt. 79.

Prob. prima. Libri illi vere sunt genuini, qui et ab iisdem auctoribus, et ea Propositio prima

80. eo quo dicuntur tempore conscripti sunt: atqui ejusmodi sunt novi fœ-
deris libri: ergo q. Min. prob. Novi fœderis libri ab auctoribus, quorum
nomen præferunt, et eo quo dicuntur tempore conscripti sunt, si id omnium
consequentium sæculorum fides testatur; nisi enim libri omnes tanquam sup-
posititii rejiciendi essent, et nihil in factis historicis indubitatum haberemus:
atqui id omnium sæculorum fides testatur: ergo q. Min. prob. enumeratio-
ne plurium scriptorum tum ex Christianis, tum ex Judæis, tum denique
ex Gentilibus ipsis. Et primo quidem inter Christianos id sæculo primo testa-
tur Clemens Romanus Apostolorum æqualis, Ignatius Martyr, qui Chris-
tum a mortuis suscitatum se vidisse gloriatur. sæculo 2do Papias, Polycar-
pus, Quadratus, Justinus Martyr, Hegesippus, Athenagoras, Melito,
Theophilus Antiochenus. Sæculo 3tio, Irenæus Clemens Alexandrinus, Tertul-
lianus, qui ipsa Apostolorum autographa in ecclesiis diversis servari testa-
tus est, Apollonius, Polycrates, Cyprianus, Origenes, aliique de consequen-
tibus porro sæculis [illegible] .. Cum his consenserunt hæresiarchæ, ipsis eo-
rumque sectatores, Cerinthus, Ebion, Cerdo, Marcion, Arianus; Judæorum
nemo unus in tota antiquitate deprehensus est, qui libros hos genuinos es-
se inficiari ausus sit. Denique Gentiles, communesque Philosophi nominis hostes
Celsus, Porphyrius, Amelius, Julianus idipsum tum in disputationibus cum
Christianis susceptis, tum in scriptis suis aperte professi sunt. Nam vero
ut habet Aug. contra Faustum Manichæum = Platonis, Aristotelis, Cice-
ronis, Varronis, aliorumque ejusmodi auctorum libros non aliunde noverunt
homines, quod ipsorum sint nisi eadem temporum sibimet succedentium
contestatione continuata; cur igitur non iisdem rationibus pronunciandum
et libris Evangelicis eandem fidem habeant

Prob. 2o Novi fœderis libri sub Apostolorum nomine conscripti a nemi-
ne

ne, potuerunt confingi: ergo revera genuini sunt. Ant. prob. Si ab aliquo [illegible] duo libri illi potuissent confingi, vel id contigisset Apostolorum tempore, vel post illorum mortem; sed neutrum dici potest: ergo &c. Min. per partes prob. Et primo quidem Apostolis adhuc viventibus nemini confingi potuerunt; quis enim tantae temeritatis esse potuisset ut id sub ipsis Apostolorum oculis auderet? Deinde etiamsi id tentasset, numquid non illud facile vel per se ipsos, vel per discipulos, agnovissent Apostoli? Re autem cognita non ne obstitissent, ne ipsorum auctoritate, et nomine abuteretur impostor ad eos decipiendos, quos tot tantisque laboribus ad veritatis Evangelicae cognitionem adduxerant? Non minus absurdum est etiam asserere id post Apostolorum mortem contingere potuisse. Qua enim arte primi Christiani, v.gr. Galatae, Rom., Corinthii persuaderi potuissent, ut crederent se a Sancto Paulo epistolas accepisse, quomodo fieri potuisset, ut eas privatim, et publice legerent tanquam manu Pauli conscriptas; cum tamen illas non accepissent, nec de illis quidquid audivissent?

Apostoli jam Christi, quibus novi foederis libri tribuuntur, homines fuere rust litterarum prorsus rudes, et imperiti: librorum igitur novi foederis auctores esse non potuerunt.

Objectio prima. 81.

Etsi [illegible] litterarum ignari prorsus fuerint apostoli, non tamen idcirco minus codices illis abjudicari debuerant. Cur enim, quod Jeremias cum Baruch fecit, aliorum opera eam in rem uti non potuerunt? ac si usi fuerint, nec librorum, quorum singulos apices scribis suggesserunt, non eodem modo auctores dicuntur, atque si ipsimet illos manu sua exarassent? Caeterum adeo plane ignaros litterarum fuisse, quorum aug.º conficiunt [illegible]? Matthaeum certe telonio praefectum scripturae tenendum. Lucam philosophiae, et medicinae peritum: Marcum vero Ecclesiae Alexandrinae Epi-

Responsio.

Epi-

Episcopum ab Apostolis constitutum fuisse ex veterum traditione, quam nullo unquam testimonio contrario incredulitas everterit, reperitur vestigium in scriptoribus Ecclesiasticis: Paulus etiam in Mosaica lege a familiaribus fuerat eruditus. Controversia igitur verti potest circa Jacobum, Joannem, Petrum, Judam, quos piscatores fuisse traditum est. Verum ex eo quod piscatores fuerint, numquid ideo nec legendi nec scribendi modum eos didicisse inferri potest? minime quidem: novimus quidem enim Hebraeos fere omnes ex more patrio legendi et scribendi studio operam dedisse. Unde Origenes adversus Celsum disputans ait, piscatores quidem fuisse Apostolos, sed non ita ut necessario litteras ignoraverint.

Objectio [illegible] 82. Novi Testamenti libros pluries jam saeculis rejecerunt a Christianis complures, eosque ut pseudos habuerunt. Acta Apostolorum Severiani, Evangelium Joannis Alogi, Evangelium Matthaei, Marci, et Joannis Marcionitae, omnia prorsus Cerinthus et Carpocrates; et ex recentioribus denique Catholicae, Jacobi Epistolam repudiavit Lutherus, ergo etc.

Responsio. Haeretici veteres aeque ac recentiores non alios scripturae libros rejecerunt, quam quos novis suis opinionibus adversos, quibus Ecclesiae fidem prodere conati sunt, contra nos opponerent. Et quidem semper rejectionis causa fuit. Sic Joannis Evangelium genuinum Alogi eo negaverunt quia in eo praecipue Christum esse verbum Dei docetur, quod ipsi inficiantur. Sic Cerinthiani Epistolas Pauli rejecerunt, quia in istis Epistolis illa damnat circumcisionem quam ipsi necessariam esse ad salutem docebant; sic Lutherus Jacobi Epistolam rejecit, quia in illa bonorum operum necessitas, et fidei solius pro operibus insufficientia expresse traditur, quae Lutheri erroribus maxime adversatur. Idem dic de caeteris

qui

qui similibus confisi adductis reliqua scriptorum opera repudiarunt. Verum nihil pro certo habere deberent, nisi illud, de quo nunc imprudenter quidamque quam dubitarent; tunc et Theodoti historiam, et Virgilii Eneidem confictam esse dicamus, cum illam nonnisi Constantini tempore, hanc a Monachis quibusdam Benedictinis elucubratam fuisse non nulli somniaverint.

Scimus inquiunt quosdam ex profanis libris diu tanquam genuinos habitos fuisse, qui postea tanquam suppositii recogniti sunt: ergo libri etiam Evangelii suppositii esse possunt. Accedit, quod genuinos esse novi fœderis libros ex Christianorum testimonio colligimus; sed argumentum hoc nullius est roboris, cum nemo in propria causa judex esse possit: ergo &. Objectio 3tia 83.

Ad primum respondeo negando consequentiam. Licet enim aliqui ex profanis libris, qui genuini credebantur, suppositii postea inventi sint, non ideo idem etiam de novi fœderis libris affirmari potest. Hi enim isti nullum omnino suppositionis indicium exhibent, traditione non interrupta iisdem semper auctoribus tribuuntur quorum nomina praeferunt, praeterea ab illis etiam ut authentici admittuntur, quorum id pernegare interesset; quae omnia sufficiunt, ut omne suppositionis dubium rejiciatur. Responsio

Ad alterum respondeo, nos non ex solo Christianorum testimonio Evangelicos libros genuinos esse sed ex testimonio Judæorum etiam atque Gentilium, ut in propria prob. evidenter ostendimus. Nego deinde quod Christiani in sua causa judices esse non possint: audiri enim solent omnes populi in iis, quæ ad regimen suum, morque leges spectant; porro in novi Testamenti libris regimen, leges, status et Christianorum doctrina continentur: in ejusmodi igitur causa judices esse possunt. Verum illud etiam addi potest Christianos in propria causa minime judicasse, priusquam enim Religioni Christianae nomen darent, vel Judaicae, vel Ethnicae Religionis principiis imbuti erant proindeque priscis

pro-

præjudiciis laborabant erga fidem, quam ~~ipsis~~ ipsis Christiana Religio cre-
denda proponebat.

Obiectio ulter. 84. In tanta temporum diuturnitate libros genuinos a suppositis discerne-
re non licebit; plura enim jam olim Evangelia circumferebantur
secundum Ægyptios, secundum Græcos, secundum duodecim Apostolos, secundum Petrum, Jaco-
bum, Matthiam, Bartolomæum, Thomam, Andream, Philippumque; item
multa Apostolorum acta, ut Andreæ, Philippique, quæ omnia fraudulenter
inventa erant. ergo nostra pariter supponi potuerunt.

Responsio. Nego consequentiam. Quia ratio genuinorum Evangeliorum actuumque Aposto-
lorum veritatem confirmat, eadem Apocryphorum, quæ recitata sunt, va-
nitatem arguit. Uti enim illa coævorum, et qui deinceps ad nostra usque
tempora vixerunt, scriptorum perpetuis suffragiis roborata sunt; ita hæc
idoneorum testium auctoritate destituta, ut primum in lucem edita sunt,
suspecta esse cœperunt; nunquam certe eam auctoritatem, quam post ea sortita
ætas posterior, his penitus debuerit. Argumento igitur hoc non plus proficiunt
adversarii, atque si ex eo, quod plura subreptitia diplomata, plures item
recentes nummi ad veterum formam procusi circumferantur, inferre quis
vellet, incerta esse omnia, neque nummis, neque diplomatibus veterum fi-
dem a quopiam haberi posse.

Scholion. Libros novi fœderis, de quibus nobis est sermo, ob versionum, et lectionum
varietatem, ipsamque temporis diuturnitatem integros et incorruptos
negant nonnulli, ut Hollandus, Tindalius, aliique, idque potissimum ma-
nuscriptorum codicum et versionum horum exemplo, quæ nimia
in mendis, et variationibus natant, ostendere conantur. Restat ut
itaque novi Testamenti libros integros, et incorruptos ostendam.

Propositio Vta. Novi fœderis libri versionis Apostolorum exemplaribus

con-

conformes sunt et . . .

Prob. Novi foederis libri veteris Apostolo. n evangelistis conformes, et
integri incorrupti sunt, si nec, qui ea adulteravit, nec quo tempore id facere po-
tuerit, nec denique quid in illis non esse putant, recogitari potest: atqui nec hic
homo inveniri potest. ergo. Min. quoad singulas partes facile prob. Et primo
quidem nemo inveniri potest, qui eos vitiaverit; is enim vel esset Gentilis, vel
Judaeus, vel denique Christianus; non Gentilis, nec Judaeus, nam et res repe-
titionibus . . . adversas eradi, et eorum loco alias causae illorum sustinen-
dae idoneas substitui oportuisset, quod tamen nemo accidisse incomperto
est. Non etiam Apostolorum aliquis, vel denique alius Christianus; nullum
enim horum hoc nomine suspectum nec Gentiles, nec Judaei habuerunt,
qui res quaecumque ad Christi Religionem pertinent, non aliis quam
Apostolis, et Evangelistis adscripserunt.

Sed neque tempus excogitari potest, quo sacri libri mutati, aut novo alie-
nas aucti fuerint. Et quidem duobus Christiani nominis saeculis id evenisse
nullam habet veri speciem, cum neque ab Apostolis, neque a Joan-
ne, qui ceteris vixit diutius, neque ab horum discipulis in mentem adeo nemo-
. . . fuisset unquam: qui cum Ebionem, et Cerinthum, aliosque pesti-
feri ejusdem dogmatis hostes libertate tanta coarguerint, quid de iis censuissent
qui sacrilego hoc dolo religionem universam in discrimen vocassent! Tertium
vero quartum, et quinta denique saecula ab omni suspicione absolvit silentium hae-
reticorum, qui violatas ab Ecclesia Catholica scripturas questi nunquam fue-
runt: numerus deinde exemplarium, et versionum saeculis his jam felicius
in immensum multiplicatus et hoc pro in immensum aucta codices tot lin-
guis exaratos, et per totum orbem diffusos interpolandi impossibilitas. neque de-
nique Patrum, qui pri., et qui posterioribus saeculis vixerunt, in libris, et sententiis
ilio

his attentis consensio

Quid denique illud sit, quod codicibus his subdola, et sacrilega manu insertum est, nobis indicent adversarii. An miracula et vaticinia Christi? an ea quae ad divinam illius naturam et doctrinam pertinent? Hi enim Evangelicae historiae [illegible]. Atqui haec omnia Evangelistis, et Apostolis tribuunt quotquot apud Ecclesiae monumentis eam aut cum fundis patribus dicti sunt, aut cum Celso, Juliano, et caeteris impugnaverunt: eoque. Cum itaque nec inveniri possit, qui primus novi Testamenti libris sacrilegas manus inferre ausus sit, nec quo tempore id fecerit, nec quo in [illegible] ibus [illegible] probabant; nos [illegible] illos veteribus Apostolorum exemplaribus conformes, et integros esse dicendum est.

Objectio prima. 86. Exemplaria librorum novi Testamenti inter se multum dissident [illegible] nec certe tam variae sunt, ut Millio Anglo teste in prolegomenis ad novum Testamentum in solo Matthaei cap. primo 50. sint in libris variae [illegible] variationum, quas triginta annorum spatio collegit, 30000. occurrunt: novi igitur Testamenti codices multum corruptos esse oportet.

Responsio. Veritati, et integritati librorum nihil ista officiunt. Errata enim, quae scribarum negligentia irrepserunt, pleraque in litteris [illegible], et tam exigua sunt, ut in sensu aut nihil immutent aut bonis moribus et Religioni adversa non sint. Quaeque praeterea generis sunt, ut ex contextu, ex aliis scripturae locis, ex antiquioribus exemplaribus pluribus et magis emendatis, Sanctorum item Patrum, qui singulos textus complures [illegible] citant testimoniis, facile corrigi possint, ut ipse fatetur Millius. [illegible] vero multitudo [illegible] quae apud Millium occurrit nihil [illegible] debet. [illegible] 14. [illegible] tempore [illegible] [illegible] 3000 [illegible] novi Testamenti [illegible] scriptos

ptos fuisse; 1. dicitur singulis decies centena millia curruum 20000. haberi. Jam vero ut diximus, et mendorum, quae singulis attributa sunt numerum justum, verum nemo certe in dubium vocabit.

Evangeliorum autographa perierunt: ergo facile vitiari potuerunt quoad substantiam. Objectio 27a.

87.

Atqui consequens si esset, eo quod Evangeliorum autographa perierunt, inferri posset Evangelicos libros vitiatos esse quoad substantiam, jam omnes historicos in dubium vocari deberemus, cum nullum illorum habeamus autographum, quod tamen ne increduli quidem ipsi admittunt. Verum ne Apostolorum libri corrumperentur illud praeceptum invicte obstabat: ab ipsis scilicet Ecclesiae incunabulis plurimae sacrorum librorum versiones, innumeri codices manuscripti extiterunt, siquidem libri sacri per orbem universum a Pastoribus explanabantur, ab omnium regionum Christianis legebantur: qui ergo fieri potuit, ut corrumperentur? Responsio.

Victor Tunensis Episcopus Africanus in Chronico, quod Scaliger ad suum Eusebii Chronicon adjecit, Evangelia corrupta fuisse testatur: = Messala Consule, Anastasio Imperatore jubente, sancta Evangelia tanquam ab idiotis Evangelistis composita reprehenduntur, et emendantur = idem verbis monuit Isidorus Hispalensis in suo Chronico: ergo. Objectio 28a. 88.

At quod hoc nihil conficit Collinus, nisi omnes prorsus per orbem universum codices sacros ab Anastasio violatos esse doceat. At istud evidenter repugnat, tum quod extra ditionis suae provincias istud ne tentare quidem potuerit Imperator, tum quod suis etiam in ditionibus despectus et exosus fuerit omnibus. Caeterum nihil opus est conjecturis. Illud certissimum, a primis Ecclesiae Patribus, qui ante Anastasii tempora per quinque saecula floruerunt, prorsus conquirere qui- Responsio.

par

perpetuis commentariis sacra Evangelia illustrarunt in quibus novi Testa-
menti textus singuli cum iis, quos codices nostri continent, prorsus congru-
unt. Quae igitur Chronico Victor inseruit si vera etiam essent (quopro-
pter enim memoria deceptus videtur) non ad omnes prorsus codices, quin
nec ad universum Evangelium extendi debent. Mutatio tota in u-
na voce, quin unica littera consistit, ut Liberatus Diaconus Victo-
ri et coaevus Breviarii sui c. 9. adnotavit = hoc tempore, inquit,
Macedonius Constantinopolitanus Episcopus ab Imperatore Ana-
stasio dicitur expulsus tanquam Evangelium falsasset, et maxime
illud Apostoli dictum: Qui apparuit in carne justificatus est in spi-
ritu; hoc enim immutasse dicitur, ubi habet os idest qui monosyllabum
graecum, littera mutata omicron in omega vertisse, et fecisse os per
omega, idest, ut esset Deus apparuit per carnem; tanquam Nesto-
rianus ergo accusatus expellitur per Severum Monachum.

Obiectio 4ta. Opponunt denique non haereticos tantum, sed ipsos Sanctos Eccles.
19. Patres saepe multa ex Scripturis citare, quae tamen in illis vel non re-
periantur, vel aliter dicuntur.

Responsio. Diversitatis hujus causae plures esse possunt. Primo nos Sancti Pa-
tres textus saepe de memoria citant, auctore et libro vix non indica-
tis, ut facile fit commutatis. 2do quod sermonibus et exempla-
ribus iisdem usi non fuerint. 3tio quod cum tradito, et scripto
Dei verbo idem pondus esse noverint ea etiam quae traditione
didicerant inter Scripturas inserunt. 4to denum accidunt nonnulli
veteres aliquos Apocryphis libris quandoque usos fuisse, quos eo
tempore a genuinis non satis discernere valebant, quosque
deinde Ecclesia ex Scripturarum canone exclusos declaravit. Sa-
na

Sane librum pastoris aut nomine Scripturae laudent Irenaeus et Origenes, quia apud quasdam Graecorum Ecclesias publice etiam perlectum fuisse testatur S. Hieronymus, et Eusebius.

Librorum novi foederis auctores et necessariam scientiam in iis, quae narrarunt, et veri dicendi voluntatem habuerunt. Propositio 23tia

Pars prima prob. Auctores librorum novi foederis fuerunt oculati, coaevi, et domestici testes; proferunt testimonium de rebus factis, quarum veritas nulla fere ingenii perspicacitate indigebat; sed ita obvia est, ut intuentem falli impossibile sit; sed haec ex legibus humanae prudentiae manifeste ostendunt ipsis necessariam scientiam non defuisse: ergo auctores librorum novi foederis necessariam scientiam in iis, quae narrarunt, habebant. Apostolos quidem et oculatos, et coaevos, et domesticos testes fuisse nemo in dubium vocare potest; illud unum inficiari potest, utrum ea quae viderunt et testati sunt, ita obvia fuerint, ut facili negotio et nulla perspicacitate dignoscere potuerint, et sic ab omni erroris suspicione sint immunes. At quomodo quaeso falli potuerunt cum viderent oculis panes multiplicari in quinque hominum millia distribui residuaque colligi viderunt? Quomodo in Lazari resuscitatione illusio timeri potuit? Nonne publica fama, plurimorumque ibi praesentium testimonio constat Lazarum et mortuum, et sepultum fuisse, et quidem quatriduo ante ita ut jam putrefactus gravissimum odorem spargeret? Quomodo item falli potuerunt cum magistrum suum e mortuis redivivum conspexerunt? Nonne in conspectu totius civitatis cruci affixus, mortuus in tumulum illatus fuit? Nonne nihilominus post dies cum vivente eodem locuti, et pransi sunt, carnem et ossa contigerunt, iterumque non semel et iterum, sed repetitis vicibus per dies annos 40, nec ipsi soli, sed plures quam quingenti, ut S. Paulus testatur?

Item

Idem dic de reliquis, quae ab Apostolis commemorantur: obvia igitur sunt, quae narrarunt, proindeque necessariam in illis notitiam habuerunt.

Pars altera prob. Apostoli veri dicendi voluntatem habuisse censendi sunt, si testimonium dixerunt absque ulla commodi, aut lucri spe: immo cum manifesto injuriae, suppliciorum, primaque mortis periculo, illud semper, et toleratis gravissimis suppliciis et profuso fortiter sanguine confirmarunt; namque vel hic solus character ad probandam testis veracitatem sufficit, cum nemo unquam cum ingenti suo detrimento sine spe commodi circumscriptorem egerit: atqui res ita se habet: auctores igitur librorum novi foederis veri dicendi voluntatem habuerunt. Et sane fingamus totam Christi historiam ab Apostolis ingeniorum compositam fuisse, tum sic: Quid ergo ipsos ad mendacia comminiscenda impellere potuisset? An ambitio, vanaque laudis, ac honoris cupido? at nihil magis ab illis aberat; honores enim sibi delatos modeste semper declinarunt, ut patuit in Petro, et Joanne, cum claudum invocato Jesu nomine ad portam Templi Hierosolymitani sanassent; in Paulo quoque et Barnaba, cum idem beneficium alteri fecissent contulissent. An divitiae? At relictis omnibus Christum secuti sunt, et bona terrena contemptissima repudiarunt, eamque contentionem mutationibus suis perpetuarunt. An gentis suae gloria? at hanc nova sua doctrina funditus evertebant. An Principum favor? at horum opposita erant mandata; minas, supplicia, necem intentarunt ac etiam inferebant. An denique Christianorum amicitia? at tanto dispendio hominis infanda morte necati amicitiam colere quis furor, quae insania? Insaniam certe concludam, nisi Christus supra humanam conditionem evectus, vere Deus fuisset. Quum

igi-

igitur nihil homini excogitari potest, novi Testamenti scriptores veritatis testes, Dei voluntatem habuisse concludendum est.

Facta igitur, quae in libris novi foederis narrantur omnimodam fidem esse merentur. Propositio 4ta. 21.

Prob. 1mo. Ea facta omnimodam fidem merentur, quae continentur in libris genuinis, et puris, quaeque ab auctoribus nec necessaria notitia, nec veri dicendi voluntate destitutis conscripta sunt: atqui ejusmodi sunt facta, quae in libris novi foederis narrantur: ergo. Major nullum dubitandi locum relinquit; Minor quoad singulas partes, jam probata est prop. ant.; consequentia etiam legitime fluit. 91.

Prob. 2do. Sed res tanti momenti exigit, ut accuratius expendatur. Duo porro adhuc sunt gravissima momenta, quae veritatem plane in luce constituunt, quaeque propterea silentio penitus praeterire non possumus. Primum est horum factorum narratores plures esse, per diversa et remotissima etiam loca dispersos, unde omnis coitionis suspicio excluditur: eadem tamen facta, et prodigia evenisse narrant, eadem dogmata tradunt, eandem fidei, vitaeque normam proponunt; nunquam dissentientes, nisi forte in minutis quibusdam rebus, quae ad historiae substantiam minime pertinent. Huc accedit etiam eorundem scriptorum conditio, indoles, mores, quae omnem fraudis suspicionem repellunt: erant enim homines ex infima plebe, pauperes, rudes, inculti, quibus proinde universum orbem decipiendi consilium ridicule, et absurde tribueretur. Horum integritas et innocentia ita fuerunt conspicui, ut nullum in ipsis crimen reprehendere potuerint Celsus, Porphyrius, et alii Christianae Religionis hostes acerrimi.

Alterum notatu dignum, quodque pondus ingens addit propositioni nostrae est. Quod sicut historia factorum Christi ab apostolis conscripta gra-

vis

vissima sit, cumque agatur de nova Religione inducenda, quae mysteria rationi impervia, et morum praecepta cupiditatibus humanae ingrata proponit, sicut neque agatur de abroganda Religione Judaica, de convellenda Ethnica superstitione; haec tamen historia ejusque facta non modo ab aliis profanis historicis non negantur, sed imo affirmantur, omnesque historiae cum hac nostra conveniunt. Justinus quidem, et Tertullianus divinae Religionis defensores ad annales Romanos fidenter provocant, in quibus plurima facta, quae in sacra historia Apostolorum referuntur, pariter affirmantur. Ipse Mahometus Christum Messiam fuisse ob insignia miracula edita in Alcorano professus est. Stellae, quae Magos Hierosolymam duxit, meminit Chalcidius; de horrifica solis eclipsi, quae moriente Christo contigit, scripsit Phlegon; de caede infantium ab Herode perpetrata Macrobius. Atque infinitos pene alios omittamus. Hebraeus ipse Josephus Flavius, quasi sui oblitus, testimonium Christo gloriosum dicit. « Fuit, inquit, Jesus vir sapiens, si tamen fas est virum eum dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, et eorum doctor qui libenter vera recipiunt, plurimosque tum de Judaeis, quam de gentilibus sectatores habuit. Christus hic erat, quem accusatum a gentis nostrae Principibus cum Pilatus cruci affixisset, nihilominus non destiterunt diligere, qui ante eum diligebant. Visus enim tertia die eis apparuit, quemadmodum divini vates haec et alia multa mirabilia de ipso praedixerunt ». Cujus quidem testimonii, fides licet Blondello, Tanaquillo, paucisque aliis suspecta sit, nos tamen maximum eruditionem virorum numerum, ut Divi Hieronymi, Eusebii, Isidori, Sozomeni, Cedreni, Huetii, aliorumque, nec non antiquis

quissimorum exemplarium etiam manuscriptorum auctoritatem sequen-
tes, verissimam esse arbitramur.

Quae contra propositionem hanc opponi solent, omnia fere locum Obiectio prima
habent etiam contra antecedentes. Opponi solet itaque primo, quod si ea, 92.
quae in libris novi Testamenti narrantur, facta vera essent, Hebraei o-
mnes Religionem Christianam amplexi fuissent; sed plerique tamen
eam amplexi non sunt: ergo etc.

Resp. neg. Quamvis ex Judaeis non pauci Religionem Christianam Responsio
minime amplecti voluerint, nemo tamen inde legitime potest inferre,
certissima non esse facta, quae in utriusque foederis libris narrantur. Quis
enim nesciat veritates etiam apertissimas rejici plerumque solere,
praesertim si opinionibus jam receptis, praejudiciis, consuetudinibus, cu-
piditati propriae opponantur? Hinc enim Hebraeorum plerique ex falsa
opinione Messiam armis triumphantem sibi fingerent, humillimum viden-
tes, et morbos die sabbati curantem, tanquam impostorem violatae legis
reum, et Dominum sabbati rejecerunt. Hinc etiam Pontifices propriae
utilitati servientes, qui nullam adhibendam esse fidem docuerunt. Ve-
rum non est cur perfidissimi Judaei nobis objiciantur. quamvis enim
evidentissima essent Moysis miracula, et Deum inter tonitrua, et fulgura
[illegible] audivissent; nonne tamen paucis interjectis diebus in
Deum rebelles facti sunt, et vitulum aureum adoraverunt? Deinde
etsi non pauci ex Hebraeis increduli permanserunt, permulti ni-
hilominus fuerunt, qui depositis praejudiciis suae Religioni Christia-
nae adhaeserunt; et denique illi ipsi, qui obstinatione, et odio excaeca-
ti credere noluerunt Religionem Christianam magnopere confirmant.
Sic enim comprobatur quod de Christo, et Judaeorum incredulitate

Va-

Daniel Propheta praedixerat: Non erit ejus populus, qui eum negaturus est.

Objectio 2da. 93. In factis quae narrant, novi foederis scriptores decipi potuerunt; ergo etc. Ant. prob. Christus potuit esse medicus ita peritissimus, ut plurimos morbos aliis incurabiles depelleret; ita callidissimus atque tam artem ipsam Apostolis occultaret, et illius sanationes pro totidem miraculis haberent, licet naturae vires non excederent: ergo etc.

Responsio. Nego ant. Ad prob. nego itidem ant. Non occulta quaedam remedia, sicuti circumforanei sibi fingunt, sed solo voluntatis suae imperio Christus sanabat aegrotos: non ergo decipi potuerunt Apostoli. Et revera aegroti, quos Christus sanavit, in pristinum statum illico restituebantur, quod tamen factum non fuisset, si occulta quaedam naturalia remedia adhibuisset; haec enim lente et sensim convaluissent, cum sic agere soleat natura. Quamquam occulta ejusmodi remedia ne adhibere quidem poterat Christus, novimus enim illum non clam, sed palam aegros sanasse. Quod si fraudis aliqua usus fuisset in sanandis aegrotis, quot facilius Pharisaei, aliique inimicissimi Christi hostes, quam illam detegere. Denique etsi diceremus circa mirabiles Christi sanationes Apostolos decipi potuisse, quod nullo modo fieri potuit, numquid eos deceptos fuisse dicemus in iis etiam, quas ipsi in nomine ejus operabantur? Id quidem nullo modo fingi potest: ergo etc.

Objectio 3tia. 94. Apostoli in factis quae narrant, fidem mereri inde potissimum colliguntur, quod si quam fraudem adhibuissent, nullam ex ea utilitatem retulissent: at honor, et gloria erat sufficiens commodum

quod

quod sibi parare poterant: ergo &c.

Nego min. Quemnam enim honorem, et quaestum quaerere possent Apostoli, si Responsio
fraudibus et fabulis ad se genus humanum pertrahere tentassent prorsus non video. Si famam, aliamve terrenam mercedem sibi comparare voluissent, non Religionem cupiditatibus adversam, sed praejudiciis, et inveteratis opinionibus accommodatam proponere debuissent, quod tamen eos non fecisse, sed austera dogmata praedicasse cuique patet. Sed, cum Apostolos laudis humanae cupidos haud unquam fuisse, non modo ex eorum humilitate, patientia, rerumque temporalium contemptu appareat, verum etiam ex eo quod ne ipsi quidem [illegible] eos hujus culpae reos accusaverint.

Quod mendacibus valde familiare est, id adhibuerunt Apostoli: ergo &c. [illegible] Objectio 4ta.
Prob. Mendacibus familiare est stylum simplicem, et varios sinceritatis 93.
characteres affectare, ut facilius fucum faciant: hoc ipsum praestiterunt Apostoli: ergo [illegible].

Negant. Ad prob. nego min. Quis adversarios haec nostris opponentes non Responsio.
irrideat? Adverte [illegible], ut non videant, quod si haec objectio valeret jam omnis periret historica certitudo? Spectata quacumque sinceritatis specie in historiis appareat, eam fictam esse et simulatam semper posset responderi. Sit quidem illud mendacibus familiare, ut ad fucum faciendum stylum quemdam simplicem, et varios sinceritatis characteres data opera soleant affectare, idem ne de nostris sacris auctoribus dicendum est? Mendacium et affectatio [illegible], et mendaces [illegible] deteguntur; e contra vero Apostolorum tam manifesta, et genuina sinceritas est, ut nullus omnino dolus, nulla fraus unquam probatur, quamquam alii post alios et diversis temporibus scripserint. Deinde si fraudulenti ingenii, ut dices, erant Apostoli, ut

to.

rotius Deistae, qui dictitant, omnino impossibile non esse ut ejusmodi homines decipiendi consilium sub amantibus sinceritatis larva occultaverint; sed et nullum fraudis, et doli indicium ipsis unquam elaberetur? Quis denique fuit unquam, qui pro mendacio a se cognito vitam abjiceret, sicuti alacres mortem subierunt Apostoli?

Objectio 5ta. 96. Dicunt a Christianis non semel fabricata fuisse miracula, ut Religionem Christianam quam suspicabantur magis magisque credibilem efficerent: ergo etiam Apostolos fecisse etiam dubitandum est.

Respondeo. Nego consequentiam. A Scriptoribus evangelicis miracula conficta, sicuti nonnisi absurde supponi potest. ~~[illegible]~~ Quomodo enim cum peculiares circumstantias quae in Apostolorum verbis, et factis semper abundabant, fingere, et dolus aliquis stare potuerat? Accedit, et sicut, quod jam supra diximus, quod si in Religionis gratiam mentiri voluissent Apostoli, non dogmata incredibilia [illegible], non locorum, temporum et personarum circumstantias descripsissent, ex quibus facile sibi detegi poterant. Cumque alia objectio non minus quam ista [illegible] est, [illegible] nullo [illegible] historico fides habenda est. Si igitur a Christianis quibusdam plus aequo credulis fictitia miracula narrata fuerint, non ideo rejicienda sunt miracula Christi, quae incorrupta et certissima sunt.

Objectio 6ta. 97. Illud denique conjiciunt, ut non [illegible] fidem auferant [illegible], quae [illegible] narrationi [illegible] adhaerent. Primum enim est: Apostolos fuisse discipulos et amicos Christi, proindeque in propria causa audiendos non esse. Alterum est: ea quae scriptores [illegible] narrant de Christi resurrectione a sensibus prorsus esse aliena: enim impossibile videtur corpora mortua ad vitam revocare; nec Christus revera resurrexit; si enim resurrexisset, non jam Apostolis, et discipulis, sed

Hie-

Hierosolymitano Sinedrio, et Herodi inimicis suis apparere debuerat. Concluden-
dum est igitur, inquiunt, vel discipulos corpus Jesu abstulisse, ut illum a
mortuis revixisse vulgarent, vel decipi a phantasmate, aut spectro aliquo [illegible]
captos id sibi persuasisse.

Haec et alia quamplurima, quae simul congerere possunt adversarii, nullius esse Responsio-
nibus, ex iis, quae sigillatim exponemus, facile unicuique patebit. Ad primum
itaque dico non ideo Apostolis fidem esse denegandam, quod fuerint Christi
discipuli, et amici. Quid enim! numquid nulla fides habenda historiae graecae,
et Rom. quod a Graecis, et Rom. qui patriae suae amantissimi erant, conscri-
pta fuit? Si Christo tanquam magistro firmiter adhaeserunt Apostoli, et pro illo
vitam abjecerunt, nonne fuit, quia compertum illis erat miraculorum Christi
veritas? Quin quidem [illegible] non Evangelistae duntaxat, et Christiani, sique
et numero plures, et gravi [illegible] et sinceritatis apertissimos characteres prae-
ferentes; sed ipsimet Judaei et Pagani infensissimi Religionis Christianae hostes con-
fessi sunt.

Ad alterum respondemus, indignum esse Philosopho [illegible]
quod corpora mortua ad vitam [illegible] impossibile videatur. Si enim potuit Deus animam cre-
are, eamque cum corpore semel conjungere, cur a corpore separatam cum illo
iterum conjungere non poterit? Sed, aiunt [illegible]
[illegible] Si ita res est, inquiunt, Hie-
rosolymitano Sinedrio, et Herodi [illegible] apparuisset, potius quam discipulis, et mulie-
ribus? Praeclara inventa! Quasi vero ipsius [illegible]
[illegible] Nonne [illegible] Deum resurrectionem [illegible] et antea praedixis-
se, et [illegible] sui [illegible] comprobasse [illegible]
[illegible] resurrectionis testes [illegible]
[illegible], non [illegible] Synagoga, quae enim

[illegible]

Christum respiciendo, illumque morte turpissima condemnando, in quem ea fuit cui [illegible] Salvator appareret.

Quod denique concludentes addunt vel discipulos corpus Jesu ma[illegible] [illegible], vel phantasmate deceptos, fictam [illegible] [illegible] nugatio[illegible] fecerunt. Cum enim Christus se resurrecturum esse dixisset, nonne Judaei [illegible] quam suspicantes [illegible], quo modo opposita omnem diligentiam, et [illegible] [illegible], ne a discipulis auferretur, nonne muniunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus? Et Christo jam resurrecto, nonne (concilio adunata credentium [illegible] [illegible] [illegible] consilio ma[illegible] [illegible], et in [illegible] [illegible] [illegible] ut hoc dicat?), nonne pecu[illegible] [illegible] custodes milites corrumpunt, ut dicerent quia discipuli illius venerunt discipuli ejus, et abstulerunt eum? [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a phantasmate vel spectro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] resurrectionis Christi nec [illegible] [illegible] [illegible], nec [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sepulcrum, et [illegible], qui custodes [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible], sed pluri[illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] plusquam quingentis fratribus simul [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], non enim [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] et [illegible] [illegible], et ne ipsi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Cum enim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] non [illegible], ut di-

ut

nit illis, sicut illum videbant habere, dubitarunt adhuc. Quare tunc dixit:
quae porro habebant quando cibum manducavit cum eis, sumpsit reliqui-
as, et dedit eis. Quantum vero renuerit credere Thomas qui cum Aposto-
lis non erat, quando Christus illis apparuit, ex ipsius verbis manifeste colli-
gitur: nisi videro, inquit, et tetigero non credam; misit igitur Thomas ma-
num suam in locum clavorum, et ideo non fuit incredulus, sed fidelis.
Quae cum ita se habeant, quis nisi imprudentissimus est Apostolorum fi-
dem in suspicionem vocare possit, praesertim cum, postquam 40. dies ap-
paruit eis loquens de regno Dei coram ipsis elevatus est, et nubes su-
scepit eum in caelum ab oculis eorum?

Postremum erat, ut novi Testamenti libros divinos esse ostenderemus, nonne prolixio-
riores in re clarissima simus ab hac pertractanda quaestione abstinemus. Ve-
rum deinde rei hujus, tum ex illis, quae postea de divinitate Religionis Chri-
stianae disserentes agemus, facile colligi potest, tum etiam ex illis, quae ha-
ctenus dicta sunt facile patet. Si enim semel constet novi foederis auctores
et demonstratum est, consequitur statim eorum libros divinos esse; namque au-
ctores hujusmodi doctrinam, quam scripserunt, divinam esse affirmant. Aut enim ac-
ceperunt, quae a Christo audierunt, qui a Deo Patre acceperat, ut Matthaeus, Joan-
nes, Petrus, Jacobus, Judas, aut quam acceperunt ab ipso Deo ut Paulus, qui se
fatetur Apostolum, Jam non ab hominibus, neque per hominem, sed per Je-
sum Christum, et Deum Patrem; aut eam tandem, quam ab aliis Apostolis, qui
cum Christo convixerunt, acceperunt, ut Lucas, et Marcus: in hoc ergo nemo
vocari non sunt, quandoquidem divini sunt novi Testamenti libri; sic haec addi pos-
sunt, quoniam ea divinitatis argumenta, ut sanctitas, puritas, et sublimitas ac quam
certe mortalium nemo una tantum ratione unquam pervenit. Spiritus e-
tiam prophetiae, qui in auctoribus horum librorum apparet, quique et

adeo

ostendimus nonnisi a Deo esse potest, eorum comprobat Divinitatem Prophetias omnes, atque adimplementa completas, quae in libris illis sunt, commemorare longum esset. Unum recensere sufficiet Hierosolymae mirae eversionem, mala, obsessionem, famem, urbem solo aequandam, quae omnia sicuti evenere, jam praedicta fuerunt. Hoc igitur modo inter de novi Testamenti libris divinitate aliquanto sit satis, ad Religionem Christianam nos convertamus.

Caput 7

De veritate, divinitate, et necessitate Religionis Christianae

Propositio prima 98. Religio Christiana verissima, et divinitus revelata est.

Prob. primo. Ea Religio vera est, et divina, quae Deum habet auctorem: ejusmodi est religio Christiana: ergo. Min. prob. Religio Christiana a Christo est instituta: sed Christus Deus est ergo &. Et re quidem vera vel Christus Deus est, vel omnium maledictissimus et mentecaptus, cum enim tum prae se et discipulos suos se Deum esse vulgaret, idque toti terrarum orbi persuadere conaretur quanto in illo non fuisset impostor, qui mundum universum in errorem inducere curavit? Cumque et se Filium Dei, eumque Messiam esse comprobavit proprium sanguinem effuderit, atque hanc ob causam cruci affixus fuerit, nonne stultissimus, et mente captus merito censendus esset? At vero constat Christum neque impium fuisse, namque ipsi perfidi Judaei nullum verum crimen in eo deprehendere potuerunt, ut Ethnicus Judex Pilatus manus lavans justum, et innocentem declaravit, neque stultum et mentecaptum, duodecim enim annos natus cum doctoribus Hebraeorum de Religione sermonem habuit, ita ut mirarentur cum litteras non didicisset, et deum ad Populum concionem pararet, tum nequentur discere concurrerent

rat et plurima hominum millia Doctrinam ejus audiendo cibi obliviscerentur;
et denique futura et arcana cordium detegebat, aliaque ejusmodi mirabilia,
quae singularem ostendebant sapientiam agebat: ergo nec impius, nec mente cap-
tus dici potest, proindeque verus Deus habendus est.

Prob. 2do. Ex miraculis, et Prophetiis. Religio Christiana verissima, et Divina
esse debet si et miraculis, et prophetiis, quae ut vidimus nonnisi Deum possunt
habere auctorem, sit confirmata: atqui et miraculis, et prophetiis est confir-
mata: ergo &. Et primo quidem miraculis suam Christus Religionem firmavit.
Christo enim jubente aqua in vinum convertitur, morbi ad comminationem
aufugiunt, caeci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant, paraly-
tici sanantur, daemones ejiciuntur, mortui ad vitam redeunt, panes multiplican-
tur, horrenda maris tempestas sedatur; et alia innumera mirabilia eve-
nit, quae in sacris Evangelii libris, quibus fidem habendam esse ostendimus, comme-
morantur. Quae quidem omnia a Christo peracta fuerunt, ut se expecta-
tum tot saeculis Messiam, et verum Dei Filium probaret: quaerentibus e-
nim Judaeis Joan. 10. =Si tu es Christus dic nobis palam. Respondit eis Je-
sus: loquor vobis, et non creditis: opera, quae ego facio in nomine Patris
mei, haec testimonium perhibent de me . . . Si non facio opera Patris
mei, nolite credere mihi: si autem facio, et si mihi non vultis credere, o-
peribus credite, ut cognoscatis et credatis, quia Pater in me est, et ego in Pa-
tre= Alias vero discipulis Joannis Baptistae quaerentibus Matth. 11 u-
trum ipse sit qui venturus est Messias? respondit: Euntes renunciate
Joanni, quae audistis, et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mun-
dantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur= Mi-
racula igitur a Jesu Christo edita veritatem, et Divinitatem Doctrinae ab i-
pso traditae invicte demonstrant. Neque praetermittendum est hoc loco
no-

nonnulla ex innumeris Apostolorum prodigiis quæ novum Christianæ Religioni splendorem addunt. Pauca igitur, quæ Christi nomine invocato evenerunt referamus. Petrus hominem ex utero matris suæ annorum amplius 40. claudum sanat; paralyticum ab annis octo jacentem in grabato lectum membrorum usum restituit. Ananiam et Sapphiram mendacium repentina morte plectit, et quidem solo verbo suo imperio. Ægroti in plateis expositi ejusdem umbra liberantur ab infirmitatibus suis. Sic etiam Paulus et alia patravit, Elymam magum insignem coram proconsule Sergio subita cæcitate afficit, claudum Lystris sanavit, juvenem qui casu oppressum ad vitam revocavit. Quid igitur facilius, quam ex his aliisque similibus prodigiis Religionem Christianam veram esse et divinam inferre?

Ad prophetias modo veniamus. Et de Christo quidem Religionis hujus auctore certum est, prædixisse illum, se a discipulis suis deserendum. =Ecce venit hora, et jam venit ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis = Joan. 16. a Juda tradendum = Unus ex vobis tradet me. . Ille est cui ego intinctum panem porrexero. et cum intinxisset panem dedit Judæ Simonis Iscariotæ = 13. c. 13. a Petro negandum: = Non cantabit gallus donec ter me neges = v. 38 a Principibus Sacerdotum morti adjudicandum, illudendum ibi a gentibus flagellandum deinde ac et crucifigendum, ac tertia die a morte resurrecturum = Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, et Scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum, et tertia die resurget. Mat. 20. Post suam ascensionem mittendum Spiritum Sanctum illiusque donis repletos Apostolos doctrinam, et constantiam annuntiando Evangelio necessariam accepturos = Si non abiero Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos. Joan 16.

Ego

Ego dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri. Quae omnia, et alia quae omitto verissime praedicta fuisse, eventus probavit: Ergo etiam ex Prophetiis q.

Prob. 3tio. ex mirabili illius propagatione. Illa nobis Religio certissime et Divina esse debet, quam pauci, ignobiles, rudes, hebetes, et nullis omnino armorum, aliarumque rerum praesidiis instructi contra doctissimos quosque Philosophos, et potentissimos Principes, omnemque universum vi omni reluctantem repugnante indole, genio, inclinatione, hominum praejudiciis, non in parva aliqua Provincia, sed in toto qua patet terrarum orbe stabiliverunt: sed ejusmodi est Religio Christiana: ergo q. Maj. est certa iis praecipue, qui norunt Platonem in Sicilia tam parum profecisse cum suis dogmatibus, ut vix discipulum habuerit, Socratem caeterosque non admodum progressos fuisse cum summae humanae [illegible] humanique subsidiis affluerent. Min. etiam in dubium revocari non potest. Siquidem enim Religio, quae praedicabatur, erat mysteriis incomprehensibilis refertissima hominum naturae, propensionibus, deliciis inimica, ut potequae moderationem animi, corporis afflictationem, voluptatum contemptionem, inimicorum dilectionem, paupertatis amorem, aliaque ejusmodi praecipiebat; adversa erat invalescentis Judaeorum ritibus, gentium externarum superstitionibus; suadebat enim Hebraeis, ut caerimonias Legis Mosaycae desererent, et Christum, quem ut nefarium impostorem damnaverant, tanquam verum Deum, et Messiam humani generis liberatorem agnoscerent; suadebat Paganis, ut tanquam vana Deorum numina rejicerent, et eorum templa everterent, et superstitiones detestarentur, et Jesum Christum a Judaeis crucifixum tanquam verum Deum adorarent; humanis omnibus praesidiis fuit etiam destituta; ejus enim praecones nullis divitiis, nulla eloquentia, nulla apud homines auctoritate, nullis armis instructi fuerunt, sed ignobiles illiterati, pauperes, et

fu-

fere modi; qui non modo Principes non habuerunt Patronos, sed hostes etiam infensissimos: fuit insuper statim ab ipsius incunabilis modis omnibus impugnata; in illius enim excidium conspirarunt ubique vigens Paganismus, Philosophorum subtilitas, politicorum prudentia, popularum superstitio, Sacerdotum invidia, Judaeorum perfidia, tyrannorum immanitas, et omnia genera suppliciorum. Hac tamen generali conjuratione nihil obstante per totum orbem celeriterque diffudit Christiana Religio, tamque expandendo ubique fecit progressum, ut exeunte primo saeculo de Christianis ad Imperatorem Trajanum ita scripserit Plinius Asiae proconsul = Neque civitates tantum, sed vicos etiam atque agros superstitionis hujus contagio pervagata est = ergo; Jam vero sic concludere licet, vel repentina haec Christianae Religionis propagatio miraculis facta est, vel sine miraculis; si primum, ergo vera est et divina utpote miraculis confirmata, si alterum, ergo pariter vera est, et divina, cum miraculum omnium miraculorum maximum fuerit sine miraculis Religionem impugnatam, adeo tam celeriter per totum orbem diffundere. = Si miracula, inquit Aug., facta esse credidistis hoc .... unum grande miraculum sufficit, quod terrarum orbis sine ullis miraculis credidit =. l. 22. de civ. Dei.

Scholion Plurima alia omittimus argta., quae tum a Philosophis, tum a Theologis in Religionis Christianae confirmationem afferri solent. Verum cum res haec amplissima sit, pro dignitate a nobis hoc loco pertractari non potest. Praeterea longiores quam par est evaderemus, omittimus et infinitorum prope cujuscumque aetatis, sexus, et conditionis martyrum fortitudinem, quae certe insigne praebet Religione Christianae testimonium, cui enim nisi efficaci omnipotentis Dei auxilio tribui potest mirabilis illa constantia et fortitudo, qua alacres ad tormenta

qua;

quasi ad victoriam properabant, tanta tamen quamdam animi laetitiam in vultu praeferentes! = Dicimus, inquit in illorum persona Tertullianus, cum occidimur .... cruciate, torquete, damnate nos... nec quidquam proficit exquisitior quaeque crudelitas vestra ... Plures efficimur, quoties metimur a vobis: sanguis est semen Christianorum =. Omittimus etiam constantissimam Religionis Christianae durationem, quae, cum per mille octingentos et amplius annos, immota steterit inter tot tantasque vexationes, quibus lacessita fuit, nec unquam portae inferi adversus eam praevalere potuerit, id argumento indubitato est, eam divinitus institutam, potentissimoque Dei praesidio circumseptam. Alia denique plura omittimus argumenta, quae si quis videre desiderat, apud omnes fere Philosophos, et Theologos reperiet. Quae cum ita se habeant, cum Richardo de S. Victore ... fidenter Deum alloqui non dubitamus = Domine, si error est, a te decepti sumus. Nam ista (dogmata fidei Catholicae) in nobis tantis signis, et prodigiis confirmata sunt, et talibus, quae non nisi per te fieri possunt =. l. 1. de Trin. c. 2.

Objicit auctor quidam in libro cui titulus cogitationes Philosophicae: Objectio prima
una demonstratio plus afficit, quam quinquaginta facta. Si Religio quam 99.
mihi annuncias vera est, potest utique illius veritas per rationes invictas evidenter demonstrari; eas itaque rationes mihi profer: Quid est quod enumeratione prodigiorum meum conflictis, cum uno me possis syllogismo prosternere! An facilius claudum sanas, quam me illuminas!

Demonstratio aequidem evidentiam metaphysicam; quinquaginta facta Responsio.
evidentiam moralem pariunt. utraque tamen veram certitudinem, quae omnem prorsus dubium excludit, continet. Rationi consona est Religio quam annunciamus; at ea mysteriis, quae credi debent nisi non possunt, referta est: unde itaque illius veritatem comprobabimus? an tertiam evidentiam

mira

miraculorum enumeratione? ita sane; quaestio facti utrum Deus
hanc Religionem revelaverit hoc modo potiusquam demonstratione,
quae ad scientifica pertinet, probari debet. At rationem abjicimus? mi-
nime vero; quia optima qua utimur, ratione imprimis investigamus utrum
facta haec mirabilia vere extiterint; ratione conficimus eadem in ve-
ris miraculis habenda esse, ratione denique ostendimus doctrinam, quam mi-
racula confirmant non posse non esse verissimam, atque ita Religionem
Christianam evidenter credibilem esse demonstramus. Sufficeret in mi-
stis argumentantes, et respondentes nonnunquam idipsum proferamus, quod Chri-
stus Joannis discipulis quaerentibus utrum ille Messias esset, respondit?
Euntes renunciate Joanni quae audistis, et vidistis. caeci vident, claudi am-
bulant &c. At syllogismum quaerit adversarius. Praeclarum Philosophum.
qui in tot factis syllogismum unum conspicere non didicit? En igitur unum
quo caecum etiam quemcumque fingit illuminare potest: Illa religio est
vera, quae tot signis, ac prodigiis stabilita est, ut nonnisi opus Dei a sanae
mentis homine haberi possit; sed religio Christiana tot signis, ac prodi-
giis stabilita est ut nonnisi opus Dei a sanae mentis homine haberi possit.
ergo religio Christiana est vera.

Objectio 2da Objicit Rousseaus in opere, cui titulus Lettres écrites de la Monta-
100. gne Miracula nec necessaria esse, nec utilia ad probandam Religionis
Christianae veritatem: ergo perperam &c. Ant. prob. quia Christus ipse mi-
raculis ad suam doctrinam confirmandam usus non fuerit, ergo &c.

Responsio. Negatur Ant. et prob. nego itemque ant. Objectio haec magnam arguit igno-
rantiam, vel impudentiam. Ex innumeris quippe scripturae locis com-
pertum est Christum ad ea opera et miracula confugere, ut suae mis-
sionis, et doctrinae veritatem confirmaret. An non legit Rousseaus

cap.

cap. 10. Joannis v. 25. ubi Christus rogatus a Judæis, an verus esset Messias re-
spondit: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhi-
bent de me: et ibidem v. 38. Si mihi non vultis credere operibus credite.
Nonne legit plurima alia, quæ omittimus, et passim in Scripturis reperi-
untur: Falsum ergo est igitur Christum miraculis usum non fuisse

Christus ægrotis quos sanaverat non semel prohibuit, ne miracula promul- Instantia
garent, certe duobus cæcis, quibus visum restituerat, sic comminatus est:
videte ne quis sciat. Matth. 9. 30. Deinde miracula postulantibus aliquando
denegavit, ut Herodi, et Pharisæis. ergo

Nego conseq.um Ex dictis jam satis constat, Christum in suæ missio- Responsio
nis confirmationem miracula effecisse; quid ergo, si cæcis ne miraculum
patefacerent prohibuit? Quasdam ob causas, et circumstantias spe-
ciales ita se gessit Christus; illis forte prohibuit ne beneficium re-
ceptum publicum facerent propter miraculi obscuritatem quod domi
intra privatos parietes fuerat patratum, ne scilicet ipsius obtrecta-
tores dolum aliquem suspicarentur. Silentio itaque indicto, omnem
calumniæ occasionem tollere voluit, certus jam, quod alia miracula, quæ pa-
lam efficiebat, satis erant ad suam missionem confirmandam. Ad secundum dico
Herodem, et Pharisæis miracula, quæ postulabant non merito, ipsisque ju-
stis de causis denegata fuisse. Pravis enim affectibus se indignos fecerant;
et Christus etiam noverat, eos vana solum curiositate, et ut inde calumnian-
di occasionem arriperent miracula quærere: quærentes, inquit Marcus 8. ab
illo signum de Cœlo tentantes eum. Deinde nonne jam multa miracula viderant,
aut audierant et tamen in sua obstinatione hærebant? quo circa igitur
arbitrio nova prodigia patrare Christus non tenebatur

Argt.um quod a miraculis Christianæ Religionis propagatione [illegible] objectio [illegible]

101. Et infirmare conatur Bayllius, asserens usque ad Constantini tempora pauperes, atque vilissimos de plebe Christi Religionem amplexatos fuisse: frustra proinde a Christianis argumentum a Religionis propagatione desumitur. In confirmationem adducit illa Apostoli verba 1. Cor. 1. 26. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes, non multi nobiles

Respondeo. Pertinacissimam Baylii contentionem satis revincit auctoritas Plinii anno elapso a [illegible] Christi morte dicens, cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imperante [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imperatore coepit innumeram Christianorum multitudinem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] circa sextum, et vigesimum annum quo Paulus ad Rom. scripsit Christi fides in universo mundo annunciabatur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non modo civitates, sed vicos etiam et agros superstitionis hujus (Christianam religionem intelligit) contagionem pervagatam esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] religionem hanc disseminatam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Christianos [illegible].

[illegible] [illegible]

ex ipsa vero historia novimus Christianos plures etiam cum degerent in bonis certamine et discipulos non [illegible] liquisse. Ex eo numero fuit Nicodemus Judaeorum Princeps, ex eo Regulus quidam Capharnaiticus, ex eo Crispus Synagogae Princeps, Centurio, Josephus Arimathaea, aliique plures quos generatim indicavit Joannes cum dixit 12. 42. Ex principibus Judaeorum multi crediderunt in eum. Porro quamvis in ipsis Ecclesiae incunabulis multi extiterint Christiani, et genere et [illegible] immensam multitudinem [illegible] dicere potest Apostolus non multi sapientes [illegible].

Ethnica, et Mahometana religio non minus celeriter, et late per orbem diffusa est; nec [illegible] ergo pro Religione Christiana 102.
veritatis argumentum peti non potest ex ejusmodi propagatione. Sic Baylius.

Transeat aut. ergo consequentia. Religionem enim, quae ad depravatas Rationis hominum propensiones ex industria accommodata est, quae omnem vitae licentiam praestat, [illegible] propagari mirum non est. Si praeterea publica auctoritas, Principum edicta, magistratuum minae, [illegible] adhortationes et mendacia, daemonum praestigia, armorum vis accedat. Aliud ex his proficit Christianae Religioni: quinimo innumera impedimenta humanis viribus insuperabilia undique occurrisse certum est ex hominum historia. Neque dicat Baylius gentiles eos quae ad Christianam Religionem amplectendam coactos fuisse; id enim nullo unquam tempore factum fuisse ostendet. Non certe tribus primis saeculis; nam tunc undique ferro et flamma Christianam Religionem extinguere [illegible] quarto autem saeculo Religio haec jam toto terrarum orbe diffusa fuit. Quod si [illegible] temporibus Christianorum Principum aliquos populos armis adactos ad Religionem am-

plexos

plectendam se cogerent, illud minime efficeret, ne sua ejus pro-
pagatio vere mirabilis, et divina [illegible], multumque diversa
a modo, quo impurissima Mahometis superstitio in orbe [illegible] introdu-
cta fuit. Idem rationem vigent etiam contra Calvinismum, Luthe-
ranismum, aliasque ejusmodi sectas, si illarum propagationi sta-
bilitas opponatur.

Objectio 8va. 103. Similiter quoque argumentum evertere conantur, quod ex Martyrum nume-
ro constantia, et fortitudine desumimus ad Religionis Christianae
veritatem, et divinitatem confirmandam. Imprimis enim cum
Dodwello Martyrum numerum in dubium vocant, negant tot fuisse,
quot passim jactantur; deinde cum Voltairio contendunt, Christianos
illos non Religionis titulo, sed seditionis, rebellionis, aliorumque sce-
lerum causa interfectos fuisse; 3tio demum dicunt, Religionem
quamlibet suos habuisse Martyres; suos enim Judaei, suos Pagani,
et suos jactant etiam Haeretici. Argumentum igitur ex Martyribus desum-
ptum nihil probat.

Responsio. Argumentum quod ex martyrum numero, et constantia solet afferri, quod[illegible]
quae nos [illegible] attingimus, neque non ad confirmandam Religionem
Christianam vim habet; nec quidquam contra opponitur illud [illegible]
evertant. Ad 1mum enim [illegible] historia [illegible] ignoras sa-
ostendit Dodwellus, dum martyrum numerum in dubium vocat: non
[illegible] enim martyrum multitudinem tantum probat persecutionum nu-
merus. Certe sub Imperatoribus Ethnicis per tria prima secula de-
cem persecutiones recensentur. Sed omnium crudelissima
fuit sive temporis diuturnitate, sive locorum amplitudine, si-
ve tormentorum atrocitate, quae facta est sub Diocletiano, ejusque
in

imperio collegis Maximiano, et Galerio, quae toto durauit decennio, et in Oriente in Occidentem tamen exstiterit acerrima. Reddita per Constantinum pace, in Christianos iniquissime desaeuiit Sapor Persarum Rex. Tum vero tot viri, et mulieres martirii palmam adepti sunt, ut teste Sozomeno hist. lib. 2. cap. 14. quorum nomina recensebantur ab Ecclesia ad 16000 millia pervenerint, et innumerabiles fuerint illi, quorum nomina ignota acciderunt. Eadem immensam martirum multitudinem et publicum monumentorum testimonium, et Imperatorum edicta in Christianos edita, et scriptorum commentariorum publicorum, et relationes Proconsulum ad Imperatores evidentissime comprobant.

Ad alterum, quod cum Voltairio nobis obiiciunt, venimus. Impudentissimus est Voltarius, dum non Religionis titulo, sed rebellionis et seditionis causa, Christianos necatos fuisse asserit. Si enim seditiosi et rebelles fuissent Christiani, cur tanquam agnos se trucidandos obtulissent. Sub[?] Christianos tanto fuisse numero, ut Romanum Imperium evertere potuissent, si contra Imperatores arma sumpsissent; et tamen ita fuerunt a rebellione alieni, ut mortem quamlibet, licet iniustam et acerbissimam, patienti animo tolerarent, et pro Imperatoribus, et Tyrannis preces ultro funderent. Seditionis nunquam accusati fuerunt Christiani; sed ob eam causam solummodo damnati fuerunt, quod Imperii Deos adorare, iisque thura incendere detrectarent. Ubi sunt igitur maximae seditiones, et crimina, quae Voltairius iactat?

At unaquaeque Religio martires habuit, addunt denique tertio. Nemini quod intercedit discrimen, inter martires Christi, et eos, quos Religiones aliae habuerunt, quis non videat? Nostri quoque sunt infiniti, alii paucissimi; illi pro nova Religione, isti pro Religione avita, in qua nati fue-
runt

runt et adventu cessaverunt. In responsione hac notandum est, Ora-
culorum Ethnicorum varia olim fuisse, et a Daemonibus revelata; pro
veritate itaque illius nostri sunt, qui [illegible] verum vaticinarunt,
quam eam legem decerne. Ad Vaticinia, et Prophetias martirum,
quod attinet pro dogmaticis, et speculativis quaestionibus pertinent,
in quibus facile decipi potuerunt, vel ad nimiam partium,
vel disputationis aciem ascendere, quamvis deinde [illegible],
nec sibi ipsis violentas sibi inferunt manus. Nulla tamen suspicio in
nostros martires cadit, in quibus magna sapientia, singularis animi
tranquillitas, ac serenitas semper eluxit.

Objectio 6ta. In libris etiam Ethnicorum multae prophetiae leguntur, quae
104. etiam completae fuerunt; et sane ut ceteras omittamus, Histo-
rici licentia plena est hujusmodi praedictionibus, quibus si fides
sit adhibenda, ita evenerunt, ut dicta fuerint; neque vero Prophetis ni-
hil q. Scriptura innuimus fuerunt apud Gentiles oracula Sybillae, etiam
quae apud eos visa sunt, plurima praesentiebant.

Responsio. Quaevis Ethnicorum vaticinationes completas fuisse postquam
evenerunt, fides ipsa non satis vindicat, et [illegible] etiam. Hoc licet fa-
teri velimus: Vera insinuisse vaticinia quaedam quibus possunt
populi superstitionem malorum daemonum, aut errorem, quod contin-
git Elias Bendt; non inde confirmandi veros Prophetas Ethnicos habere,
eo, qui Religionem Ethnicam confirmabant. Oracula, quae opponun-
tur, varie fuisse Sacerdotum imposturas docent Antonius, Vandalius,
Fontenellius, aliique; et certe in oraculis Jovis, Ammonis, Apollinis
Delphici, Dianae Ephesinae, aliisque imposturas factas fuisse, pluribus
veterum monumentis demonstravit. Quidquid vero demum sit Daemo-
to;

torum, Epicureorum, et Aristotelicorum veterum sententia? Oracula omnia irridet Cicero in lib. de Div. observatque omnia fuisse ambigua, et flexiloqua, ut interpretes egerent interpretibus. Porphyrius librum refert gentilium oraculis non ambiguo modo, et flexiloquo, sed falsis. Fuerunt alii ex veteribus Philosophis, qui oracula adscripserunt Daemonibus, cujusmodi fuerunt Platonici, et Stoici. Veteres Christiani Patres etsi intelligerent oracula magna ex parte imposturas fuisse humanas, quam in rem plura dicunt Eusebius, non dubitarunt tamen oraculorum maximam partem Daemonibus tribuere. Quam sententiam plurimi eruditi viri probarunt.

Jam vero de carminibus Sybillinis aeque implicata est quaestio. Carmina quaedam Sybillina diu ante Christum natum extitisse apud Ethnicos ex Ethnica historia constat. His alia addita fuisse a vanis christianis sub initium secundi saeculi nemo unus dubitat. Ex utrisque profecto est collectio carminum Sybillinorum, quae nunc extat. In hac autem collectione plurima esse, quae Christi vitam spectant est apertum. Illud itaque controvertitur, an haec vaticinia de Christo in vetustis illis Sybillinis carminibus fuerint; an vero addita sint postea. David Blondellus in opere Gallico de Sybillis aliique plures et docti cum ipso negant extitisse quidquam de Christo in vetustis illis carminibus: verum non pauci alii minime dubitant, quin extiterint veterum Sybillarum carmina prophetica de Christo. At vero in carmine Sybillae Cumanae extitisse prophetiam de renovandis prospediem rebus humanis, ex Virgilii Ecloga 4ta patet:

Ultima Cumaei venit jam carminis aetas:
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo;
Jam redit et virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies caelo delabitur alto.

fi:

Si hæc extabant in Carmine Cumææ Sybillæ, ut extitisse indicat Virgilius, non abnuam ea Christi vaticinationem continere. Sed quid inde contra propositionem nostram? Nihil profecto: non enim pugnat eundem spiritum, qui locutus est per Prophetas Hebræos, potuisse et apud Ethnicos veritatis testes excitare.

Propositio VI.

105. Sola Religio Christiana pro vera Religione habenda est.

Prob. Sola Rel. Christiana pro vera habenda est, si vera et fide digna sunt, quæ in libris novi fœderis continentur; sed ea quæ in libris illis continentur verissima esse jam ostendimus: ergo etc. Maj. prob. Si vera sunt, quæ in iis libris continentur, tunc vera sunt præcipua Christianæ Rel. Dogmata, qualia sunt tres esse in Divinitate Personas, Christum esse verum Deum, et hominem, in illum esse credendum, ad æternam salutem consequendam necessaria esse quædam subsidia ab illo instituta, extra Christianam Ecclesiam non esse salutem; sed hæc dogmata religionum omnes hypotheses, nempe Ethnica, Mahometana, et Judaica rejiciunt, et negant: ergo si vera sunt etc.

Scholion. Objectiones, quæ contra propositionem modo stabilitam afferri possent jam alias ex professo confutavimus, ubi contra Indifferentistas egimus. Ne igitur, quod jam actum est, iterum agamus, eas omittimus, et illud unum advertimus, Indifferentistas novum hic habere incitamentum, ut suum agnoscant errorem, et ad Rel. Christianam, quæ sola vera est, tandem aliquando perveniant. De aliis interim nos convertimus, quæ non levioris momenti esse quisque fatetur. Scimus nempe complures esse sectas, quæ Christianæ Rel. titulum usurpant. Talis est Calvini secta, talis est Lutheri, communque omnium qui docent quemvis Baptizatum, dummodo in Christum credat, et præcipuis Christianæ fidei articulis assen-

tia,

tantur, æternam salutem consequi posse. Novimus quidem rem hanc fusius pertractare ad sacræ Theologiæ Doctores pertinere; nobis tamen licebit ea, quæ ad Philosophos etiam spectant prout possumus attingere, et solam catholico-Romanam Rel: quam nos ex immenso Dei beneficio profitemur, veram esse Christi Rel. ostendere. En itaque quid statuimus.

Inter omnes Rel. quæ se Christum sequi profitentur, sola Rel. catholico-Rom. est vera Christi Religio. Propositio 2ª. 106.

Prob. 1. Rel. catholico-Rom. est vera Christi Rel. hinc sola est vera, nec ulla alia, licet Rel. Christianæ nomen usurpat, pro vera haberi potest; sed Rel. catholico-Rom. verissima est; ergo sola vera est, nec ulla alia q. Maj. certissima est: quamvis enim aliæ sectæ omnes, quæ Rel. Christianæ nomen usurpant in quibusdam dogmatibus conveniant cum Rel. catholica, quælibet tamen eorum negat, rejicitque nonnullos articulos, quos catholica Rel. fide divina certos esse docet, et tenendos præcipit; si ergo Rel. catholica est vera, reliquæ omnes, quæ dogmata aliqua a Deo manifestata rejiciunt falsæ sunt, et erroneæ. Repugnat enim eadem dogmata vera esse, et falsa, vera quia ut talia Ecclesia catholica credit; falsa quia ut falsa aliæ sectæ rejiciunt.

Min. autem arg.tis firmis prob. quibus sola Religio catholica stabilitur. Et primo quidem catholica Rel. doctrinam, eamque potestatem ab ipso Christo serie nunquam interrupta tradidit. Namque ab ipso S. Petro, cui Christus ipse regendam suam Ecclesiam concredidit, continentem summorum Pontificum seriem usque ad hodiernum Pontificem Pium 7. percenset. Deinde dogmata sua omnium retro sæculorum ad ipsa Apostolorum tempora regrediendo nunquam interrupta auctoritate confirmat.

2do. Sanctitas, constansque tenor doctrinæ suæ, reliquis Rel. consonan

tiæ

dat Rel. catholicam. Nullum enim dogma illius afferri potest, quod unquam a legitimo Concilio damnatum fuerit. Ex adverso autem Lutherus, et Calvinus, aliique sectarii ea docent, quae a primitiva Ecclesia saepius damnata fuisse ostendunt Theologi.

3tio. In sola Ecclesia catholica perstat gloria miraculorum. Nisi omnem gravissimis etiam historicis fidem negandam esse velimus, plures mortuos ad vitam revocatos, aliaque splendidissima miracula per sanctissimos Religionis catholicae viros etiam post Lutheri, Calvinique tempora patrata fuisse legimus, et in dies patrari novimus; quin vel unum saltem miraculum a Lutheri, et Calvini sectatoribus unquam editum ostendi possit.

4to. Incredibile est, Deum perditissimae vitae viris Luthero, et Calvino, aliisque hujus farinae hominibus, quorum nomina ipsi Lutherani, et Calvinistae non sine indignatione audiunt, uti voluisse ad Ecclesiam suam reformandam, quam sine ruga atque macula ad finem usque saeculorum illibatam servandam esse Christus ipse promisit. Sed ostendant illi se a Christo sua dogmata spargendi facultatem obtinuisse. Adducant patratum a se miraculum, quo se veros illius ministros et Apostolos comprobent; neque enim ita negotium res est adeo levis momenti, ut ejusdem assertionibus fidem adhibere velimus, quin ullum proferant suae missionis testimonium.

5to. Denique sola cat. Rel. conformis est Divinis Scripturis, quas a Deo revelatas fuisse, ne ipsi quidem novatores inficiantur. Siquidem dogmata illa, per quae Catholica Rel. a caeteris sectis discrepat, cum sacris Scripturis conferantur, luce meridiana clarius fit ea novo testamento prorsus esse conformia. Ex quibus omnibus facile patet, Rel: catho-

li-

siam Romanam inter omnes, quae Christum sequi gloriantur solam veri-
simam esse.

Quum licet ad Theologos potius hoc spectet, non tamen omnino erit abs re nonnulla Patrum testimonia in confirmationem addu-
cere. Inter caeteros itaque Irenaeus l. 3. contra Haeres. Ad hanc Eccle-
siam (Rom.) propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam. Cyprianus Homil. [illegible] in Tomo de Unit. et Cathol.
Ecclesiae [illegible] habet. Nemo semetipsum decipiat... extra Ecclesiam nemo salvatur. Optatus Milevitanus adversus Donat... num l. 1. Christus
sponsus est verae Ecclesiae, sicut in canticis canticorum ipse testatur.
qui cum unam laudet, caeteras damnat. Hieronymus Ep. 14. ad Dama-
sum Rom. Pontificem: Ego beatitudini tuae, id est cathedrae Petri com-
munione consocior. Super illam petram Ecclesiam aedificatam scio; qui-
cum extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Et denique S.
Aug. Ecclesia sponsa Christi est... Quaecumque congregatio cujuslibet
haeresis in angulis sedet, concubina est, non matrona.

Indifferentismus igitur christicus, seu eorum sententia, qui omnem in-d- Corol
nominatim Sect. Christianam ad salutem sufficere contendunt, erronea
est nec quidquam valet distinctio illa inter substantiales, et accidentales
articulos: omni enim caret fundamento, cum eadem semper et in omni-
bus articulis sit Dei loquentis auctoritas, eadem semper, et quoad omnia
ea, ita Dei jubentis potestas atque dominium: pari igitur intellectus de-
missione credendum est, quidquid revelavit, pari alacritate omnibus il-
lius mandatis est obtemperandum. Hinc graviter peccant Heterodoxi, qui
inter Orthodoxos versantes suae sectae pertinaciter inhaerent, licet de illa
gravissimum saepe dubium illis suboriatur, cum in planam sui erroris

co:

cognitionem facile devenire possint.

Objectio prima. 107. Audiamus ingeniosam, ut ipsis placet, Rousseavii argumentationem. Si una solum Rel. revelata inter tot alias vera est, fieri nimime poterit, ut illa a quoquam cognoscatur. Cum enim nullam in re partem non auditam condemnare liceat, necesse est, ut quis numeratione omnes totius orbis rel. examinet, omnes quas afferunt rationes minutatim expendat, ac objectiones cum iis conferat. Examen vero istud, ut ita instituatur, magnam intelligentiae vim, omnium linguarum peritiam, immensam librorum copiam, denique et diuturnam per orbem peregrinationem postulat. Quis vero tanto labori perficiendo par sit? Consultius itaque est, omnem de Rel. revelata curam dimittere, ac ipsa quam ora quaevis ratio docet, cultu Deum prosequi.

Responsio. At quaerere ex Rousseavio licet, utrum infans notionem unam ex notis, quae verum ipsum distinguunt, noscat, antequam omnes totius orbis res liceat ei-dat. Ergo item ex adverso Religionem naturalem, quam ipse solam admittit, agnoscendam longum ac difficile examen omnium systematum Atheorum, Materialistarum, Scepticorum, Fatalistarum, Egoistarum, etc. [illegible] necessarium est; negavit, respectu [illegible], quatenus veritatem Religionis naturalis ne esse una comparatione ad absurdas aliarum hypotheses, quibus attendunt religionem fari. At vero nos ratione veritas Rel. Christianae catholicae [illegible] nus, licet non comparationis ad alias falsas Rel. sed absolutis demonstrationibus. Quare necesse non est, ut omnes aliae sectae examinentur, sed sufficit, ut illae rationes, idest motiva credibilitatis attenta, ac pacata mente expendantur, quibus catholicae Rel. veritas comprobatur. Fieri enim omnino nequit, ut ea Rel. falsa sit, pro qua

tot

tot motiva credibilitatis pugnant. Quod si autem unius partis veri-
tas certo cognoscatur, hoc ipso constat, omnes oppositas falsas esse. Quem-
admodum enim unam contradictionis partem veram esse demon-
stravimus, continuo eadem logicae leges alteram falsam esse conclud-
unt, nec opus est minutissimas quasvis adversariorum rationes seorsim ex-
cutiamus.

Obligatio amplectendi Rel. catholicam divinae bonitati repugnat: Objectio 2da
ergo q. Ant. prob. Divinae bonitati repugnat maximam hominum par- 108.
tem perire. sed posita obligatione amplectendi Rel. catholicam
ita eveniret, nam plurimi varias rel. sequuntur, ergo etc.

Nego ant. ad prob. resp. nullam contra divinam bonitatem repu- Responsio.
gnantiam inferri posse ex eo, quod Deus permittat, ut illi pereant,
qui salvi esse nolunt. Gratuita quidem est Dei gratia, qua voca-
mur ad fidem: nihilominus multi sunt, qui divinae gratiae obicem ponunt
et qui mysteria explicare audacter praesumunt, et motiva credibilitatis s-
pernunt. Non pauci sunt, in quibus judicii rectitudo pravis affectibus impedi-
tur. Alii in paganorum nationibus quae adhuc sunt, occulta justitia Dei neces-
sariis auxiliis destituuntur. Nihil pariter ex ignorantia plurimorum circa
Rel. catholicam inferri potest. Namque isti aut vincibili aut invinci-
bili ignorantia laborant: si primum, non Deum, sed semetipsos accusent.
Si alterum, non propterea eos damnandos esse docemus; certum enim
est neminem, nisi culpa sua perire. Quare desinat Rousseaus contra
Deum insurgere, illiusque bonitatem incusare.

Jam insurgit etiam Lockius et ait: Quamvis Christianorum coetus in ac- Objectio 3tia.
cidentalibus fidei articulis discrepent, omnes tamen in essentialibus con- 109.
veniant; hoc sufficit ad consequendam in qualibet Rel. salutem: er-
go

ergo Roma addit Catholici ipsi in quibusdam quaestionibus secum invicem minime consentiunt? Quis tenor tam ob eorum commentaros dicet? [illegible]

Responsio. Quod nobis fidelium opponit multis modis reprehendere possumus. Primum dicimus quod semper est eadem Dei loquentis auctoritas; consequendum est ergo pari intelligentiae submissione, quidquid ab eo revelatum est. Deinde eadem semper est Dei potestas idem dominium; pari ergo studio omnibus illius praeceptis est obtemperandum. Quis denique certo definire poterit, qui fundamentales, qui accidentales articuli sint? Protestantes cum ipsi nullum supremum controversiarum judicem agnoscant, quot capita, tot in re sunt sententiae. Nec ullam vim habet quod additur, inter ipsos Catholicos quaestiones agitari: magnum enim intercedit discrimen inter libertatem amplectendi hanc vel illam sententiam, quae in variis catholicorum scholis traduntur, et libertatem respuendi hanc vel illam rem. Circa ea, quae nondum Ecclesia definivit, nihil prohibet Ecclesia, licet catholicis disputare. Haeretici arrogant sibi licentiam protestandi etiam circa ea, quae jam Ecclesiae judicio definita fuere. Supremum igitur Ecclesiae tribunal, quod non agnoscunt Haeretici, agnoscunt Catholici.

Objectio 4ta. Religionis officia ex societate sunt haurienda: atqui societas exigit, ut subditi sui Principis Religionem sequantur; ergo &c.

110.

Responsio. Nego maj. Non Religionis officia, ut sibi fingit Rousseauus, ex societate haurienda sunt; sed e contra societatis regulae ex Religionis praescripto hauriri debent. Neque juvat, quod societas ab ipsa natura praecipiatur; licet enim naturaliter praecepta sit, non tamen est omnium humanorum officiorum principium. Jam vero

cum

cum Deus quamlibet Rel. etiamsi illam demus profitendam, approba-
re non possit, inde consequitur, et Principem, et subditum ad catholicam, quam Deus jubet, amplectendam teneri.

Quilibet licite potest eam profiteri Rel. quae in Provincia viget in Obiecto 3tio qua natus est, dummodo sit Religio suorum Parentum: ergo q. erat. 111.
prob. Ubique Religio pendet ex nativitate, educatione, et praejudicio, nullibi major est ratio, cur quis Parentibus credat; quare inquit Rousse-
vius prudenter agit catholicus, qui Parentum Religionem sequitur, non item Mahometanus, vel Lutheranus? qui et ipsi Parentum suo-
rum Religionem sequuntur? ergo q.

Responsio. Absurdissimam esse hanc objectionem licet speciem aliquam difficultatis praeseferre videatur, ex absurdis, quae inde consequuntur, facile dignoscitur. Si enim quamlibet Rel. sequi liceat, dummodo sit Religio parentum inde fit ut si quis in ea Rel. nascatur, quae ridi-
cula, et absurda sit, quae iniquitates ipsas, et scelera sacra habeat, is licite possit ejusmodi Religionem profiteri, eique adhaere-
re, vim inferendo reclamanti rationi, et naturae vocem suffocando. Quod tamen nemo sanae mentis unquam fatebitur. Neque dicat fana-
ticus Philosophus, nullam esse rationem, cur in una potius, quam in alia sequenda parentibus credamus, aut praejudiciis eodem modo duci omnes in Religionis delectu. Namque pro una non pro altera adsunt credibilitatis motiva; haec absurda et evidenter falsa, non item illa ostendi potest; nos catholicam Rel. invictis arg.tis verissimam esse, alias omnes falsas esse ostendimus. Licet igitur prudenter agat catholicus, qui catholicam Rel. qua a Parentibus imbutus est, pro-
fitetur, non inde sequitur prudenter agere Mahometanos, Luthera-
nos,

nes, aliosque, qui falsas Rel. a parentibus acceperunt.

Instantia. At inquit ad veram Rel. deligendam rudes non sunt idonei; et si ta ipse in regione aliqua falsae alicui Rel. addictae natus esses, fuisses Mahometanus, vel Calvinista q. juxta suorum parentum Religionem. quilibet igitur potest esse Rel. amplecti, et profiteri quam ipse veram esse putat.

Responsio. At vero reponimus, Deum, qui Rel. cultum exigit, et summe perfectionem non potest esse indifferens ad quamlibet cultum, quinimo solam catholicam Rel. jubet, ita eam promulgasse, ut rudes etiam eam cognoscere possint. Rudes quidem credibilitatis motiva per se expendere non valent, at si explicentur, ea intelligere possunt. Ceterum Deus, cui summa, et potior pars in ea hac tribui debet, ipse noverit, quomodo rudibus etiam credibilitatis motiva exponi, et, qua Rel. catholica evidenter credibilis reddi possit. Ad id quod additur respondeo, quod si natus essem in regione aliqua falsae Rel. addicta, tunc non ea credibilitatis motiva habuissem, quae in catholica invenio, proindeque lumine rationis, et Dei gratia adjutus eorum maximam partem cognoscere, et assequi potuissem; partem vero invincibilis ignorantia me excusaret; rectam et bonam animam habere potuissem, quod cuilibet homini possibile semper esset. In hac hypothesi vel doctus, et ea, quae ad Rel. pertinent, noscitum, vel indoctus fuissem. In primo casu veram Rel. ut a expensis credibilitatis motivis dignoscere potuissem, mox eam deligere, eamque amare. In 2do Deus Religionis invincibilem errorem, quem si novissem libentissime abjurassem, nunquam vitio tribueret. Ex quibus omnibus colligi potest, non quamlibet Rel. sequi lice-

re,

re, licet ea vera esse putetur. Tenendum quidem singulis regni rationis dictamen, at non tum etiam, quando invincibiliter est erroneum. Quod si invincibiliter quis putet verum esse Dei aliquam falsam, tum eam sequendo per accidens tantummodo ab omni culpa excusabitur.

Unum superest, de quo vos commonere debemus antequam iis, quae de Religione universim diximus finem imponamus. Immensa sunt scilicet impiorum libros, qui vel divinam Revelationem aperte impugnant, aut forte perniciosiores evadunt, quoniam lectio admodum periculosa plurimis esse solet, proindeque ipso jure naturae interdicta. Ii certe, qui profundiora Theologiae arcana non penetrarunt, qui non satis Religionis fundamenta callent, ut possint cum ejusmodi callidissimis hostibus aequo marte certare ab ejusmodi librorum lectione prorsus abstineant. Abstineant et illi qui se in fide minime stabiles et fortasse esse cognoscunt, qui cupiditatibus suis abstracti et illecti Religionem parum cordi habent, et quorum interest ea falsa esse, quae fides docet, facile enim credunt mi= seri, quod optant. Hanc ob causam Ecclesiam ejusmodi impiorum librorum lectionem semper interdicere conata est. Cujus quidem interdicti exempla, vel ipsa vetustissima profana historia exempla nobis suppeditat. Certe Protagorae libros Atheniensium judicio olim flammis addictos fuisse novimus. Ne alienos libros, qui Latinam Religionem offenderent, plurima Reipublicae Rom. memorantur decreta. Cavete igitur ab auctoribus impiae doctrinae scriptoribus, et si quos eorum libros habetis, in ignem conjicite; eos tantum legite, qui vos in fide confirmant.

Cap.

Caput 8.

De hominis erga seipsum officiis.

Quid? significat; Nomine officii hominis erga seipsum intelligimus actiones plenas officium quas ex praescripto legis naturalis homo sibi ipsi debet. Pro ratione hominis erga autem bonorum, quae Deus homini largitus est, triplex considerari seipsum? potest officiorum genus; alia nimirum ad animum, alia ad corpus,
112. alia ad statum hominis externum pertinent, sive ad bona fortunae et famae.

Quorsum redu? Hominis erga seipsum officia ad duo fere capita reducuntur,
113. ad conservationem scilicet bonorum, quae Deus homini concessit, et ad rectum commodumque usum. Cum enim Deus sit ejusmodi bonorum supremus Dominus, qui ea hominis curae ac fidei credidit, ~~[illegible]~~ non custodiam tantum nobis mandavit, sed etiam etiam concessit, non qualemcumque, sed qui nos ad veram felicitatem consequendam perducerat.

Quis horum offi; Cum ea bona non eundem omnia felicitatis gradum habeant,
ciorum ordo? praestent alii alia prout divinam perfectionem vario modo par;
114. ticipant, igitur quae nobiliora sunt, potiorem sibi curam vindicant. Unde quia bona interiora praestant externis, animus corpori, bona fortunis, officia etiam ~~erga~~ hominis erga seipsum hoc ordine se consequantur oportet, ut primo curam debeat animi, tum corporis, postea famae, et demum fortunis.

Officia ad ani; Ad cultum animi quod attinet, cujus facultates praeci;
mum spectan; puae sunt intellectus, et voluntas, illa potissimum lex tradit, ut erro;
tia? ribus, et ignorantia purgetur intellectus, rectisque instruatur cogni;
115. tionibus de rebus, quae ad hominis tum erga Deum, tum semeti;

ipsum

primumque tum alia officia spectant, ut verum a falso, bonum a malo discernere conentur; voluntas vero sectari bonum, fugere malum, actiones ad eam honestatem informare, motus animi rationi adversos comprimere conetur. Ad hoc enim, ut habet Plato in Timaeo, anima conjuncta est corpori, ut fruatur scientiis, et virtutibus. Si autem cum prore magno se invenerit, benigne recipietur a suo Creatore. Sin autem secus relegabitur ad inferna. In eo maxime autem elaborandum est homini, ut appetitus sensitivus, qui ut plurimum in bonum apparens inclinat, appetitui rationali subjiciatur, et tum appetitus sensitivus, tum imaginatio, tum sensus ipsi affectusque animi, quoad ejus fieri potest in potestate habeantur: id quod tum obtinebitur, cum eorundem concitationes [illegible] compescere, iis resistere, reclamare, et extinguere, quamprimum oriuntur, conjicimus, curamus.

Officia quae spectant cultum corporis lege naturali continentur, … nos potissimum consistunt ut cum corpus hoc non nostra opera conscientiae ac a Deo in illud inductum sit, [illegible] tanquam majus salutis potissimam [illegible] acceperimus, adeoque sine Deo, [illegible] ei accedere non liceat, conservationi ejusdem studeamus, ac sanitatem, et integritatem conservare conemur. Quoniam vero sine cibo et potu id fieri nequit, his quidem utendum, moderate tamen, cum nimia cibi et potus quantitas non prosit, sed magis obsit valetudini corporis. Inde quoque consequitur laboribus moderatis corpus esse exercendum, ut ea, quae ad vitam sustentandam sunt necessaria, comparentur, et quies etiam quieti, ut vires reficiantur, tempus esse tribuendum. Praeterea necesse est etiam, ut sensibus, aliisque quas corpus hominis suppeditat, dotibus recte utamur: quoniam

Officia ad bona corporis spectantia. 116.

non

non alium in finem iis donati sumus, quam ut ideas naturae[illegible] instituerit, quam ut muneribus nostris officiis fungamur, communique naturae rerum publicae pro fine suo satisfaciamus.

Officia quo ad bona externa? Externa inter bona principem locum obtinent fama, et bonum nomen, quae formaliter spectata in bona aliorum de moribus, et probitate alicujus vitae aestimatione; fundamentaliter vero recepta

117. in ipsis actionibus hominis ~~quidem numquam~~ non ~~est~~ ad leges honestatis exactis, et virtute consistit. Primo modo acceptam aut conservare, aut obtinere in potestate hominis quidem non est, cum ab aliorum pendeat judicio, at posteriori modo spectatam suam se consequi semper eidem est integrum, et naturali lege praeceptum; cum omnes actiones suas rectae honestatis leges informare numquam non debeat homo. Praeter hanc facultates quoque ad victum, vestitum, aliaque vitae subsidia necessaria honeste tum quaerenda, tum conservanda sunt; namque itae etiam facultates ad conservandam vitam, sanitatem, vires corporis, aliaque ejusmodi necessaria sunt: neque tamen ita circa illos occupari fas est, ut iis negotiis considerans animus et probam sine dote paupertatem fore detrectemus.

Corol. Ex his, quae hactenus praemisimus, facile quis colligat in legem naturae peccare, qui calamitatum, dolorumve impatientia, aut vitae taedio correptus violentas sibi manus infert: item qui intemperantia, ingluvie, et voluptatibus suam valetudinem evertunt; et eos denique qui corporis robore, ingenio, aliisque ejusmodi facultatibus in pravos usus abutuntur. Sic planè generatim statuere hominem de sui curam habendam teneri.

Propositio prima Supremum Dei in hominem dominium exigit, ut homo

minimè ipsius curam habeat.

Prob. Homo quoad omnes sui partes facultates, ut bona non sui, sed divini juris, ut ut habet Plato, Dei possessio est, neque aut vitæ, aut membrorum, aut animæ, corporisque facultatum dominium directum, et perfectum, sed nonnisi utile habet; prout ex notione entis supremi, creatoris, conservatorisque rerum omnium colligitur: sed qui habet dominium tantum utile, non perfectum alicujus rei, debet quamquam quoad illius usum præstare, ne scilicet jus domini directi lædatur, et ut substantia rei salva permaneat: ergo.

Scholion. Idem exigit etiam finis, ob quem Deus hominem condidit, aliasque creaturas, et ad quem omnia tendere vult; nempe non alio fine Deus omnia condidit nisi ut singula modo sibi convenienti per actiones suas gloriam ejusdem commendent; adeoque et potentias omnes agendi, quibus hominem instruxit Deus, non alia quam hac lege eidem concessit, ut iis ad hunc finem utatur: sed hoc fieri nulla ratione potest, nisi harum facultatum aliquam curam homo habeat: ergo.

Corol. Ex his consequitur, quod si ideo curam sui habere tenetur homo, ut finem suum ultimum consequatur, tum corporis tum animi rectum statum, bonaque ordinata ad eam felicitatem consequendam procurare debere. Cumque tum animi, tum corporis facultates exercere debeat, ut finem intentum obtineat, patet etiam nemini licere otiosum esse. Quare in ipsam legem naturæ peccant qui animum suum non excolunt cognitionibus, quas perquisitas habere, sive communis omnium hominum, sive particularis cujusque officii ratio, et status postulat. Sic illi etiam peccant, qui corpus, et necessaria ad vitam honeste traducendam sibi comparanda, non exercent. Quod si corporis labore quis non fra-

habeat, nec ut ea, nec ut aliorum utilitati subveniant, tum mentis facultatibus uti debent sciendi et artes excolere ad generis humani utilitatem ~~subveniant, tum mentis facultatibus uti debent~~, aliaque officia vitae utilia praestare, saltem et isti utpote muneri suo deficientes rei erunt.

Scholion. Quae quamvis ita se habeant, et tum supremum Dei in hominem dominium, tum finis, ob quem illum Deus condidit exigant, ut homo diligentem sui curam habeat, illud tamen, quod valde mirandum est, illud a viris doctis in quaestione positum est an ob summam calamitatem, quae sit morte ipsa intollerabilior, aut ob certitudinem instantis atrocissimae, vel ignominiosae mortis, vel aliquam aliam gravissimam rationem liceat sibi ipsi vitam eripere. Sapientem nempe morte voluntaria hujus vitae aerumnis, et doloribus sese subducere olim contenderunt Stoici. Plato lib. 9. de leg. negat quidem ob alias causas licere sibi mortem consciscere, sed [illegible], ubi nempe quis dura, et inevitabili fortuna eo cogitur. In eodem inhumanissimo errore versatus est Cicero l. 1 Tus. quaest. Nam postquam meminit Socratis, et Catonis Uticensis haec addit. Vetat Dominans ille in nobis Deus injussu nos suo demigrare. Cum vero causam justam ipse Deus dederit, ut nunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis, ne ille medius fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem excesserit illam, nec tamen vincula carceris ruperit: leges enim vetant; sed tanquam a magistratu, aut potestate legitima, sic a Deo vocatus exierit. Quamquam hanc opinionem nostris his temporibus defenderunt Sophistae nonnulli, quibus non satis fuisset omnem moralem aequitatem subvertere, nisi in alienam [illegible] vitam tandem aliquando conspirassent. Quare nostrum est modo, invidiam

opi-

propria voluntate commissum nulla facta a Deo potestate illicitum ostendere. Sit itaque.

Suicidium nulla ex causa sine auctoritate divina licitum esse potest. Propositio 29a. 119.

Prob. Suicidium quacumque ex causa sine auctoritate divina commissum, est actio injuriosa summo Dei in vitam hominis dominio injuriosa: ergo q. dat. prob. Actio illa injuriosa est summo Dei dominio per quam res quaecumque illo invito aufertur, et destruitur; sed per suicidium sine auctoritate divina patratum vita destruitur Deo vitae ipsius Domino invito: ergo q. Min. prob. Soli Deo competit absolutum, et perfectum in vitam hominis dominium, juxta illud Sap. 16. Tu es Domine, qui mortis, et vitae habes potestatem; et homo solus est Domini usufructuarius; non alium enim in finem hominem creavit Deus, aut creare potuit, quam per remotissimum, ut homo Eundem et cognoscat et amet, ei obsequatur, eundemque tam quoad corpus, quam quoad animum veneretur, et in hoc obsequii perficiendo tamdiu permaneat quamdiu Domino visum fuerit: ergo per suicidium propria voluntate patratum sine Dei auctoritate q.

Confirmatur. Vis vitae propriae illata quacumque ex causa semper continet in se rationem specificam intrinsecae inhonesti; sed actiones continentes in se rationem specificam intrinsecae inhonestatis semper et in omni circumstantia legi naturali sunt vetitae: ergo q. Maj. prob. Ea actio habet rationem specificam intrinsecae inhonesti, et malae quae quamcumque infert injuriam Deo, societati, et amori in se ipsum; sed ejusmodi est vis propriae vitae illata: ergo q. Min. quoad singulas partes probat; vis enim vitae illata laedit jus, et dominium divinum

et

ut diximus; gravissimam infert etiam societati injuriam, cui civem adimit; nam ut habet S. Thomas: Quaelibet pars id quod est, est totius; quilibet autem homo est pars communitatis: unde in hoc quod seipsum interficit, injuriam communitati facit. Repugnat denique amori in seipsum, namque in seipsum crudelis est, qui subterfugiendi mali praesentis obtentu in aeternum animae infelicitatis discrimen se conjicit. Praeclare hac de re Virgilius:

Proxima deinde tenent maesti loca qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Projecere animas; quam vellent aethere in alto
Nunc et pauperiem, et duros perferre labores!

Corol. Hinc patet non licere privata auctoritate occidere alienum volentem, et petentem; quia nullus potest dare [illegible] facultatem cum nec ipse habeat vitae dominium. Ab illicitis sunt etiam erga seipsum [illegible] actus per se mortiferi, qui immediate, et ex forma inducunt ad mortem ut strangulatio, sumptio veneni, praecipitatio ex alto loco, projectio in aquam, et hujusmodi alii; quia sunt seipsum occidere, et [illegible] mandare.

Objectio 1ma
120. Licet se necare, quod viri sancti sancte fecerunt. Atqui viri sancti sancte mortem sibi intulerunt: ergo. Min. prob. tum ex sacris paginis tum ex historiae Ecclesiasticae monumentis. Sic 1. Judic. 16. v. 30. Samson concussis postibus columnas semetipsum cum Philisthaeis obruit. Eleazar opponit se Elephanto, cujus mole oppressus interiit, ut videre est 1. Machab. c. 6. 3. Razias gladio se petiit, eligens nobiliter mori potius, quam subditus fieri peccatoribus, 2. Machab. 14. Eadem fuit ratio agendi S. Apolloniae, quae se conjecit in rogum, quo

quo consumpta est. Accedit, quod idem praestiterunt etiam Lucretia Rom. Cato Uticensis, aliique quorum apud profanos scriptores, tot ac tanta inveniuntur praeconia.

Ad haec tamen omnia, quae simul congesta sunt, facilis patet responsio. Quod enim attinet ad sanctos illos, qui voluntariam sancte mortem intulisse dicuntur, ii non proprio motu, sed facultate divinitus accepta id fecisse credendi sunt. Sic de S. Apollonia, aliisque ejusmodi Christianis tenendum est, quae propter gravem fidei, vel castitatis periculum in praecipites sese dederunt. Hoc fecerunt, inquit S. Aug., non humanitus deceptae, sed divinitus jussae, non errantes, sed obedientes. Eodem spiritu divino afflatus creditur Samson, qui sese cum aliquot Philistaeorum millibus ruina domus oppressit; namque ut aliis etiam in rebus ad Dei gloriam spectantibus divino spiritu agebatur, sicut omnino necesse erat. Hoc tamen, teste etiam nostro Aug., non aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppresserit, nisi quod latenter Spiritus sanctus hoc jusserit, qui per illum miracula faciebat. Eadem quaestio est de Eleazaro et Razia, quos tamen aliqui redarguunt, alii qui commendant, vel a seipsis mortem inflixerunt, at haec non moverunt nobilitas viri, inita spiritus cum divinum vel a spiritu S. impulsi fuere, et tunc licite se potuerunt occidere. Quamquam Eleazarus mortem directe sibi non conscivit, sperans enim potuit Elephantem in alteram partem casurum, aut se evasurum prius quam caderet. Lucretia Rom. Cato Uticensis, aliique quos profani scriptores commemorant, cum nullo afflato numine sibi mortem intulerint sunt omnino reprehendendi.

Opponunt S. Hieronymum in cap. 1. Jonae, cujus haec sunt verba: Non [illegible]

ucat

121. licet ipsum pariter manu abigere eo ubi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere: ergo saltem licitum est mortem sibi inferre servandae castitatis gratia.

Responsio. Huic ex S. Hieronymo desumptae objectioni respondent aliqui S. Patrem particulam absque eo accipere non exclusive, sed inclusive ut [illegible] plantis. Quam pulchra es amica mea, absque eo quod intrinsecus latet. Ut hic ergo sensus est, Canticorum Sponsam [illegible], interius multo pulchriorem esse; sic apud S. Hieronymum sensus est, illicitum esse se occidere atque id etiam censere illicitum cum castitas periclitatur. Respondent alii particulam absque eo esse exclusivam, sed eam a S. Hieronymo appositam esse putant quia voluit repraesentare S. illas mulieres, quae vel ignorantia invincibili, vel speciali Spiritus Sancti instinctu se occiderunt. Alii denique concedunt verba Hieronymi esse intelligenda ut sonant, sed dicunt eum ex aliorum sententia locutum esse, quod saepe facit in commentariis. Utcumque [illegible] ex his interpretationibus admittatur, nihil certe contra [illegible] inferri potest.

Objectio 3tia. Pudicitia, scilicet ejus [illegible] aut [illegible] majus est bonum quam vita; sed bonum majus, bonum minori est praeferendum: ergo si res ita se habet licitum est se occidere ad pudicitiam servandam, vitam mittendo q. ergo q.

Responsio. Distinguo maj. Pudicitia q. est bonum majus, quam vita, hoc est bonum est pudicitiam servare q. quam vitam, con. sed est majus bonum est se occidere ad servandam pudicitiam, quam vitam, nego maj. Pudicitiae conservatio, [illegible], aliquod [illegible] per mortem sibi illatam facta, non modo non sunt bona majora [illegible] fieri non possint sine supremi Dei dominii violatione, sunt etiam mala moralia. Neque [illegible]

illa

illata est omnem respectu illius, cui infertur, sed respectu illius, qui in-[illegible]
Sit ita, inquit Aug. modis omnibus apponimus, neminem spontaneam
mortem sibi inferre debere... propter aliena peccata, ne hoc ipso in-
cipiat incipiat habere gravissimum proprium, quam non polluebat alie-
num, lib. 1. de civ. Dei c. 26. Peccatorum autem expiatio, et [illegible]
iis modis fieri potest, unde per peccatum ad mortem quis occurrit.

Licitum est homini dando seipsum in servitutem, dominium alteri in Obiectio 5ta
suum corpus tradere; ergo ipse dominium habet in suum corpus, et; 123.
quo adeo potest licite vitam sibi ipsum auferre.

Distin. ant. Licitum est homini in suum corpus alteri dominium Responsio.
utile, quale solum habet tradere con. dominium directum, quod nec
ipse habet nego ant. Distin. nec ea patet. Cum enim homo corporis sui
utile dominium habeat, potest quidem illud, vendendo se in servitutem
alteri concedere; at dominium directum, quod est solius Dei, nemini
dare potest.

Licet a malis, quibus opprimimur, [illegible], nos liberare, atqui [illegible] Obiectio 6ta
tales quandoque [illegible], ut puta [illegible] [illegible], [illegible] de- 124.
[illegible] quibus unicum remedium, quod superest mors est ergo licet?

Distin. maj. Licet a malis q. nos liberare, si id honesta ratione fieri possit, Responsio.
[illegible], con. [illegible] nego min. Quamvis a calamitatibus et malis, quibus confli-
ctamur, si licite fieri possit, nos eximere possimus, non tamen qualibet
ratione. [illegible] dolores, afflictiones, aliaque e-
jusmodi mala nobis mortem inferendo [illegible]
fieri potest, cum solus Deus sit vitae nostrae, et necis arbiter. Ceterum
[illegible], [illegible] infamia q. maiora sunt mala quam mors. mors
enim est malum omnium malorum extremum [illegible] nullo
modo.

modo possit. Deinde etiamsi cetera mala in genere mali physici gravio-
ra censerentur quam mors, non tamen illis licet per mortem finem
imponere, cum hoc utpote Dei dominio injuriosum sit malum morale,
et Dei perfectio in Mundo ad finem suum gubernando exigat, ut ni-
occisio ob periculum abusus et praejudicii communis prohibeatur.

Instantia Vitam tanquam beneficium Deus nobis largitus est: ergo nobis renun-
ciare non debet, si quando nobis molestum est, beneficium illud retineamus.

Responsio. Distin. ant. Vita est beneficium simul et depositum, con. merum be-
neficium nego ant. et conseq. Cum Deus nobis vitam concesserit, ut
illam teneamus, et conservemus, donec ab eo repetatur, patet non
merum esse beneficium, de quo pro arbitrio nostro disponere va-
leamus; sed depositum nobis concreditum, ut fideliter illud servemus.

Objectio 6ta. 125. Homo jus habet servandi vitam; sed quivis juri suo renuncia-
re potest: ergo et confirmatur. Licet enim suo cedere vitam pro Pa-
tria, pro Religione aperto discrimini objiciendo: ergo &.

Responsio. Distin. min. Potest quivis juri suo renunciare, quando agitur de
privilegio, seu favore alieno, et sine alterius praejudicio con. secus
nego min. et conseq. Res per se ipsa patet; sicut enim homo
jus habeat servandi vitam, juri tamen huic renunciare non po-
test, quia in praejudicium Dei, cujus est directum vitae dominium,
ejusmodi renunciatio cederet. Sic et exemplo res illustratur: depo-
sitarius jus habet servandi rem a domino sibi commendatam; huic
quia tamen suo juri, juri huic renunciare potest, quia in prae-
judicium Domini id fieret. Ad confir. resp. distin. ant. licet pro
patria q. vitam objicere, quia tunc certum est ~~[illegible]~~ Deum velle,
~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ut vitam abjiciamus, con. ne-
gua

quæ illud certum est, nego aut. et conseqᵗⁱᵃ. Certum quidem est pro Pa-
tria, et Rel. vitam aperto discrimine exponere; sed quia certum est, id bo-
num velle cum summa Patriæ et Rel. utilitas postulat. Religionis enim
et Patriæ conservatio bonum est longe præstantius, quam privata hominis
vitæ.

Addunt denique, quod homo possit membrum amputare, ut corpo- Obiectio 3tia.
ris totius saluti consulat, multo magis ergo quis poterit vitam abscinde- 126.
re, ut felicitatem suam in tuto collocet. Deinde accidit, inquiunt, ali-
quando, ut vitam nobis malum sit, et nemini bonum; tunc proinde li-
cebit eam contemnere accedit damnum, quod nequam occidere
fortis est animi: ergo &c.

Ad primum respondemus neg. consequentiam et paritatem. Licet enim ei- Responsio
dem est membrum amputare quia enim sit graviter vitiatum, aliter
totum corpus servari non potest. Sine causa vero ostendimus dicena-
re, vitam aliquando retinari non posse absque evidenti felicitatis nostræ
detrimento, in quocumque enim statu collocemur, semper ei est cum
ad obtinendam æternitatem necessarium semper erga Deum obsequium.

Ad alterum neg. ant. Nunquam enim fieri potest, ut aliquis sit ab omni
societatis vinculo solutus, et nullum ipsi supersit officium erga ceteros
homines implendum: cum enim sit et ipse membrum societatis, po-
test ibi fortitudinis et patientiæ exempla præbere, unde maxima in socie-
tate oriuntur utilitates. Deinde non desunt vel parentes vel liberi, vel pro-
pinqui vel amici in quorum gratiam vitam servare tenea[tu]r.

Ad ultimum denique negamus fortitudinem esse se ipsum occidere;
quin esse est maxima animi abiectio. Cur enim semper occidit, nisi
quia calamitates, morbos, egestatem, et alia ejusmodi infortunia sustinere
non

non valet? Est quidem ajectivum ignaviæ est non fortitudo, ut enim habet Martialis

Rebus in adversis facile est contemnere vitam;

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Scholion. Opportuna hic sese praebet occasio dicendi de mutilatione. Verum tamen hanc paucis absolvemus, ajentes, non licere seipsum mutilare, nisi hoc ad salutem corporis sit necessarium. Homo enim non est dominus membrorum suorum, sicut nec sui ipsius; sed habet tantum convenientem eorum usum, et administrationem ad bonum totius corporis. Sed si id ad salutem corporis sit necessarium, quia pars ordinatur ad totum, membrum ergo resecari potest ad totum corpus servandum. Imo tenetur homo permittere abscissionem membri, si haec a medicis judicatur necessaria ad vitæ conservationem, nec perferendi sint acerbissimi dolores; quia tenetur vitæ suæ periclitanti opitulari mediis non valde difficilibus cum sit ejus custos, atque conservator non dominus. Quod si ingentes cruciatus perferendi essent, non tenetur id permittere ut docent communiter Doctores. Quia non tenetur vitam conservare mediis nimis arduis et moraliter impossibilibus nisi tamen ejus vita censeatur bono communi necessaria.

Propositio 30. 127.

Famam prodigere actionibus infamia reapse dignis licitum nunquam est.

Prob. Quisque bona fama dignum actionibus suis se præstare tenetur, seu talem se exhibere ut actiones suas omnes ad sui aliorumque perfectionem, et Dei gloriam dirigat; is siquidem finis est cujus causa existit, sed actiones reapse infamia dignæ, utpote contrario;

moralia, nec ūē ūi [illegible], nec aliorum perfectionem, nec ad Dei gloriam accedunt: ergo q.

Hinc facile colligi[tur], quanta sit eorum stultitia, qui in rebus inhonestis aucupandis [illegible], [illegible] [illegible], quod impietatis [illegible] est; [illegible] ut ait Puffendorfius de jure Nat. et G[ent]. l. 8. c. 4. §. 12. stulto vulgi judicio eos, quoque interdum videas celebrari, qui circa ritum aliquos [illegible] [illegible] [illegible] ostendunt. Corol

Intemperans, ac nimia pecuniarum profusio, inutilisque rerum suarum destructio illicita est. 91. Propositio 4tam 1.28.

Prob. Qui intemperanter bona fortunae profundunt, aut res suas inutiliter destruunt: bona haec contra finem a Deo intentum, sibique propositum misere absumunt; sed hoc semper est illicitum ut patet [illegible] ergo q. Aliq: prob. Finis cujus causa bona fortunae homini a Deo obveniunt, est, ut iisdem tanquam mediis suis propriae necessitatis aptisque ad juvandos alios mediis vitam honeste quiete ac commode transigere, et conservare, aliosque ejusdem secum naturae consortes, communionisque humanae societatis mutuo sublevare, adeoque pro viribus rerum humanarum Reip. constitutionem et inde manantem conditoris gloriam procurare valeat; sed qui intemperanter pecunias, aut profundit, aut res suas inutiliter destruit, neque propriae necessitati neque aliorum egestati consulit neque ut oportet rerum sui[s] utitur ergo q.

Quanquam certum sit, recte nullatenus fieri, si vita ab homine pro[illegible] absumatur, inhonestis nonnunquam factis prodigatur, immodico sumptu res ac fortunae dispendantur: cum tamen fieri possit, ut actiones quaedam ad boni majoris consecutionem vel ex Reip. emolumentum, [illegible] tum exercitium, virtutis perfectionem multum conferant, aut a Scholion.

sti

fide pietate charitate suscipiendaque mandantur. Verum an iis praeter intentionem agentis vitae, famae aut fortunarum, jactura aliquin consequatur; quaestio oritur, an tum ejusmodi actionem vita, fama, fortunaeque posthabitis suscipere integrum sit homini, quia divinum in haec bona dominium et cultum ab homine his omissis impendendum officium violatur. Nos huic magnae quaestioni duobus propp. satisfaciemus, sed prius illud unum monemus, actionem seu omissionem, ex qua praeter intentionem agentis, vel omittentis mors aliquin consequitur, occisionem indirectam, seu negativam intelligi solere. Quibus praemissis sit.

Propositio 82.
129. Ob malum gravius vitandum, aut majus bonum obtinendum licet homini agere, aut omittere aliquid ex cujus actione, vel omissione, praeter intentionem agentis, aut omittentis vitae, famae, fortunarumque jactura sequatur.

Prob. Qui praedicto ex fine, modoque agit, aut omittit aliquid, non accersit ipse sibi mortem positive ad eam cooperando et pro suo arbitrio e statione hujus vitae discedit; neque ea patrat, quae vituperium, aut infamiam merentur, neque fortunas males in usus vetitosque impendit sed solum actionem nostram, et licitam ex fine honesto licitoque nimirum virtutis, aliusve boni majoris causa ponit, neque mortem intendit sed solum aliquin consecuturam non impedit, calumnias fortunarum jacturam nulla sua culpa permittere supremo Dei in haec bona dominio injuriosum non est: ergo q.

Propositio 83.
130. Vita bona negligere quandoque lege naturali praecipitur.
Prob. Accidit quandoque, ut sine mora fortuitorum interventu,

tu,

te, seu aliorum perversitate, seu alia aliqua de causa servari dicta bona aliter nequeant, quam agendo quidpiam, quod legi naturali adversatur, et sub omni ratione malum est, cujusmodi sunt idololatria, fidei negatio, blasphemia &c. sed actionem sub omni ratione malam omittere pro quacumque circumstantia lege naturali praecipitur, cum ejusmodi actio natura sua hominem ab ultimo suo fine avertat: ergo &c.

Homo non est dominus vitae, et membrorum suorum: ergo non est illi Objectio prima
integrum se exponere periculo vitae amittendae: sed si res ita se habet, nec 131.
licet vitam negligere: ergo &c.

Distin. consequens. Non est illi integrum se exponere periculo vitae Responsio.
amittendae, directe et positive cooperando ad suam mortem con. indirecte, et negative ob majus bonum permittendo nego cons.^em Sic distinctum subsump. nego cons.^am Qui directe et positive cooperando ad mortem, eamque procurando se exponit periculo necis, laedit dominium Dei in vitam hominis, eo quod pro libitu suo et sui ipsius voluntate vitam perditum eat; at vero qui indirecte tantum usque periculo solum probabili mortis discrimen adit, nihil dominii in vitam suam sibi arrogat, utpote actionem tantum honestam, aliquin licitam, et ex qua mors certo, et per se non sequitur, honesto ex fine non moriendi causa suscipiens, adeoque mortem tantum permittens

Si liceat ex motivo virtutis quandoque actionem ponere, quam si non po- Objectio secunda
neretur, mors non sequeretur, liceret quoque reo seipsum judici sistere, 132.
et petere, ut juxta leges sibi dicat sententiam; sed non potest hoc licite reus facere. ergo &c. Min. prob. Non licet seipsum occidere; sed reus petens a judice, ut contra se dictum leges agat, occideret seipsum saltem mo:

moraliter: ergo q. Min. prob. Mandans aut consulens moraliter cense-
tur ponere ipsum actum consultum, vel mandatum: ergo etiam reus
moraliter censetur seipsum occidere, petens q.

Responsio. Con. maj. nego min. Ad prob. nego min. Sicut enim ille, qui tantum
vult, ut debitor solvat, idque illi suadet non ipsemet solvit, ita nec reus
seipsum occidit, qui tantum vult judici justitiae satisfaciat. Ad prob.
dictum ant. Mandans aut consulens poni actum non nominatum, vel a-
ctum illicitum, quem pro viribus impedire deberet, censetur morali-
ter ipsum actum ponere, con. mandans, aut consulens actum alteri
licitum, quamquam ipse ipsum impedire non teneatur, censetur mo-
raliter ipsum actum ponere, nego ant. et consq. Quod si enim talem
actum suadens censendus foret moraliter ipsum actum ponere; Deus
quoque mandans contritionem poenitentiam, adorationem moraliter
conteraretur, poenitentiam ageret q. quod utique falsum est.

Objectio 3tia Si liceret actionem subinde aliquam suscipere, ex qua mors alicui
133. nec(?) obventura sequeretur; licitum quoque foret, se principi infi-
deli, verae Rel. persecutori dicere, eidem idolorum sacrificium cultum
se probare, licet praevideretur mors inde consecutura; sed hoc non
est videtur esse licitum: ergo q. Min. prob. Non licet alterius intende-
re peccatum, nec suam mortem, sed talis intenderet peccatum prin-
cipis infidelis, et suam mortem: ergo q.

Responsio. Con. maj. nego min. Ad prob. con. maj. nego min. Istae enim verba a-
ctiones fidelis dicentis se persecutori non sunt ejusmodi, ut per eas in-
tendatur aut peccatum alius, aut mors propria; sed solum commen-
dant fortitudinem Christiani hominis cupientis, ut resipiscat ab ido-
lolatria alter, et ostendentis vel minis, et morte intentata nihil
pro-

profici adversus fortes Christi amoris athletas, qui ob toleratos pro Christo cru-
ciatus, acerbissimumque etiam mortis genus, aeternae post hanc vitam in Caelo
fidelitatis suae praemia, immarcessibiles quaerunt coronas.

S. Aug. lib. de bono viduitatis c. 22 ait: Conscientiam nostram esse ne- Ob. ethic.
cessariam nobis, famam proximis, ac proinde crudelem esse, qui famam negli- 134.
git: ergo famam saltem nunquam negligere liceat.

Dicitur aut. Et hic locus S. Aug. intelligendus est pro omni casu nego, pro eo ca- Responsio.
su, quo fama nostra est proximo debita con. aut. et nego consequ. Quamvis enim
nunc liceat negligere famam, quando haec est proximo debita, quod dupliciter po-
test contingere, vel quando ex infamia nostra infamia proximi sequitur,
vel quando fama est necessaria, ut praestentur proximo, quae illi ex justitia
debentur; aliàs vero ipso Christi ad calumnias tacentis exemplo patet, neque-
quam vetitum esse naturali lege virtutis causa famam negligere

Ut vero facilius discernatur, quandonam praecepto, et quando consilio solum Quando sit prae-
sit bonum honorum neglectio, id probe advertendum est, an malum, id quod praeceptum et quod
evitari nequit citra jacturam bonorum honorum, sit solum naturale, an vero adeo proximum
morale, utrum si de bono obtinendo agitur, sit ne naturale, an morale; ac dicta bona ne-
si morale sit, an consectari illud praeceptum sit lege, an vero suadeatur co- obligare?
tum. Primo itaque dicimus, quod si malum est morale vel ad se vitan- 135.
dum utrum admittere illud nemini foret necesse, eo quod mala mo-
ralia ab ultimo fine abducant, ea autem, quae inde abducunt, necessario
naturali lege prohibeantur. 2do si autem malum, quod evitandum fo-
ret, nos vitam, fortunas, famam perdere malis sit tantum naturale, aut
inevitabiles necessitas dico conjungat talia mala v. g. casum vitae, aut for-
tunarum diminutionem, cum bona nobiliora potiorem etiam sui curam exi-
gant, et praecipue vitae, prae, famae, et fortunis ratio habenda sit, alia o-
mnia

nuria toleranda potius sunt mala, quam vitæ jactura facienda, ni-
si forte sint ejusmodi, quæ tandem habeant difficultatis, ut in æsti-
matione morali, pro morte sana censeantur, ut sectio v. g. manus.
3tio cum malum gravissimum alteri imminet, nec aliter quam le-
viori nostro malo reparari potest, et certa est obligatio eum juvandi
nostro etiam incommodo illud malum amoliendum est. 4to Dum
autem de bono quopiam agitur, quod obtineri nequeat, quin alia bo-
na aut omnia, aut aliqua perdantur, et illud tale est, ut ad retinendum
illud lege adstringamur vita ipsa quoque eidem postponenda est; quare
salus sempiterna animæ bonis omnibus cæteris præhabenda est. 5to
Bono quoque et saluti Reip. vita privata cedere debet si quando lege
prohibeatur. quia privatus Reip. magis est quam suus, ita militi
jussu Ducis tenenda est statio, etsi in illa necem sibi prævideat.
6to denique si bonum illud, cujus obtinendi causa vitæ, aut fortuna-
rum discrimen adeundum foret, sit quidem reapse majus, et etiam mo-
rale bonum; nulla tamen lege id ejus consecutionem omnino jubea-
tur, præcepta non est, sed permissa famæ, fortunarum, vitæque
neglectio.

Caput 9.
De Jure Defensionis.

Utrumque Cum ea sit rerum humanarum conditio, ut non raro, rerum,
defensio vitæ, seu famæ, seu vitæ denique ipsæ ab aliorum improbitate impetantur,
aliorumque nemo est qui ignoret. Cum vero hæc ea omnia numero bona sint, quæ
bonorum licitum nobis summus supremus naturæ auctor concessit, eumque vel
sit? inde conjiciatur licitum esse honesto, et licito modo bona hæc con-
136 servare, et mala in illorum læsionem tendentia avertere, nullus
Dex

dubitandi locus relinquitur, quin horum omnium defensio licita sit, nisi
[illegible] actio, quae in defensione instituitur non sit recta, nec defensionis
limites excedat.

Duplici modo fieri potest defensio, vel citra laesionem illius a quo — Quot modis
quis impetitur, vel cum ejusdem laesione. Priori modo licitum esse se, — fieri potest de-
magna defendere, nemo unus in controversiam adducet. Quaestio igitur — fensio?
tantum circa alterum versatur. Quare ut accuratius quaestionem hanc — 137.
dirimamus, explanandum primo venit, quaenam requirantur, ne de-
fensionis limites excedantur, dum quis revera injustus aggressor di-
ci potest.

Jam vero ne defensionis justae limites quis praetergrediatur, tres — Requisita ne
hae adsint circumstantiae oportet. Prima est ut alter revera sit aggres- — defensionis li-
sor injustus; altera ut sit praesens ac vera necessitas, ita ut omnia aliter — mites excedan-
liter servari nequeant. Tertia ut vera sit et mera defensio, neque majus ag- — tur?
gressori nocumentum afferatur, quam quod ad defensionem absolute ne- — 138.
cessarium est. Hae autem si interveniant circumstantiae, defensio tunc fi-
t cum moderamine inculpatae tutelae.

Nomine injusti aut iniqui aggressoris venit, qui alium absque omni — Quid sit aggre-
ejus culpa, aut legitima potestate in vitam, bonave illius invadit, et — ssor injustus?
in discrimen proponens amittendi illa conjicit. Hinc lictores, et ministri justitiae — 139.
non sunt iniqui aggressores, dum jussu legitimi magistratus agunt munere.
At vero ut iniquus aggressor quis sit, sufficit, quod aggressio sit materia-
liter iniqua, licet non sit formaliter talis; seu ut quis sine ullo suo
jure alium, ejusve bona invadat, licet forte culpam coram Deo non
contrahat ob mentis perturbationem, ut amentes, furiosi etc.

Ut jam accuratius perspiciamus, quaenam circa defensionem exter- — Scholion.

tae;

fortunarum, ac famae liceant ubi citra laesionem defendi haec bona nequeunt; id primum inquiremus, an cum laesione aggressoris bona haec defendi jure valeant; alterum an graviore defensione ejusmodi, quae cum alterius nece conjuncta est

Propositio 84. 140. Servato moderamine inculpatae tutelae licitum est vitam, fortunas, ac famam etiam cum aggressoris laesione defendere.

Prob. Defensio ejusmodi ad conservationem horum bonorum, quae hominibus ubi a Deo concessa sunt, est medium necessarium, ordinato amori congruum, amori aliis debito non adversum et licentia ejusdem ad generis humani tranquillitatem, ac reprimendam nefariorum audaciam necessaria est: ergo.

Sub. prob. quoad primam partem. Si defensio talis non foret licita in hac terra hominum perditorum et [illegible] omnium vitam, fortunas ac famam audacium copia et licentia bona haec servari nulla ratione possent nec [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] foret, cum illi illa invaderent tanto securius, quod nullum sibi a possessoribus discrimen metuendum haberent, possessoribus vero integrum non esset eorundem vim a se, aliisque propulsare: ergo.

Quoad 2dam. Ordinato sui ipsius amori congruum est uti mediis iis, quae ad propulsandam a se perniciem, et impediendam eorum bonorum jacturam necessaria sunt, quae tum ad ipsius honestae tuendae cum plurimum necessaria sunt, tum ab homine maxime pari contulerunt, sed defensio salvo moderamine inculpatae tutelae est medium ad haec praestanda necessarium: ergo.

Quoad 3tiam. Homo tenetur alios amare quidem, non vero magis quam seipsum; nec ulla lex jubet propriam salutem, et in-

colu-

communitatem reddere, ut alter impune grassari queat, et si quid invaso, si in defensione invasi accidat damni, habet quod sibi imputet malitiæ, quæ alium in hanc necessitatem conjecit: ergo.

Quoad 2dam. Si non liceret vim a se, neque bonis etiam cum damno alterius repellere: nihil foret in societate humana securum ab hominum nequissimorum vitam, famam, fortunasque invadentium audacia, siquidem vel nunc dum defensionem hanc licitam esse norunt, propositaque saluti suo a positivis etiam legibus pœnas sciunt, in detractiones, furta, rapinas, cædes proruere non verentur: ergo.

Vitam licitum est defendere etiam cum cæde iniqui aggressoris, salvo tamen moderamine inculpatæ tutelæ. Propositio 85ta 141.

Prob. Mediis necessariis licitum est defendere vitam salvo moderamine inculpatæ tutelæ; sed nonnunquam aliter servari vita contra aggressorem injustum nequit, quam tali defensionis genere, quod cum aggressoris iniqui cæde conjunctum est: ergo. Maj. certa esse debet: homo enim habet jus conservandi vitam injuste oppugnatam, et illam præferendi vitæ iniqui aggressoris, qui se ex mera malitia in hoc periculum mortis conjecit.

Confirmatur. Illud licitum censeri debet, quod leges omnes, omniaque jura permittunt: sed ejusmodi est homicidium ad sui defensionem perpetratum: ergo. Minor patet tum ex lege Divina Exodi 22. qui furem nocturnum occidit, dicitur non esse reus mortis, quia nempe fur ille præsumitur venire animo non solum furandi, sed etiam occidendi, ut explicat S. Aug. quæst. 24. in Exodo, tum ex jure Canonico, ubi can. 7. dicitur instinctu naturæ habetur violentiæ per vim repulsio, cum de sententia excommunicationis in 6. vim vi repellere omnes le-

ges

tus omnesque jura permittunt; tum ex jure civili, cujus hæc sunt verba: Nam, jure hoc evenit ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur.

Scholion. Illud tamen hic in re notandum est, ut nihil ex odio, neque ex animo vindictæ fiat, et ut non intendatur per se mors invasoris, sed sola vitæ propriæ conservatio. Quia occisio hominis privata auctoritate facta, non est finis licitus, nec medium per se necessarium ad sui defensionem; sed est tantum aliquid consequens per accidens connexum cum re fini, qui est vitæ conservatio; defensionis enim licentia cum caede iniqui aggressoris est privilegium tantum; jam vero juxta tritum axioma privilegio suo quisque renunciare potest, modo id sine tertii præjudicio fiat. Quod si aggressor esset persona Reip. necessaria, vel valde utilis, ut Princeps, tunc ejus illius occisio minime permissa est; bonum enim commune utpote bonum multorum præferri debet privato, quod est bonum unius vel paucorum. Cæterum in prima percussio, et occisio injusti vitæ aggressoris vero vacat culpa, quia fere nunquam occurrunt conditiones ad licitam defensionem requisitæ et ideo aliqui Patres occisionem sine publica auctoritate factam indefinite damnant, nimirum ob periculum vindictæ, et excessus in modo defensionis ac intentionem directam occidendi.

Objectio prima. Solius Dei dominium in vitam hominum proprium est; sed si liceret
142. iniquum aggressorem vitæ occidere, etiam homini competeret dominium in vitam iniqui aggressoris; ergo.

Responsio. Distinguo maj. Ita tamen ut dominium utile vitæ, et medium ad defensionem vitæ necessarium et renuat unumquemque ipsa natura, con. et neque hoc dominium homini competat nego maj. Distinctiam

tiam non. Sed si liceret iniquum vitæ aggressorem occidere pro mea tutela
extra casum necessariæ defensionis, et sine moderamine inculpatæ tute-
læ competeret invaso dominium in vitam iniqui aggressoris, con-
si tantum liceat pro casu necessariæ defensionis, et servato inculpa-
tæ tutelæ nego min. et conseq. tm licentia occisionis aggressoris iniqui
servato moderamine q nihil dominii arguit in vitam et corpus aggres-
soris, sed tantum jus propriam vitam tuendi, ex dominio utili pro-
veniens ut alibi dictum est.

Siniquus vitæ aggressor occideretur, vita non tantum ista, sed etiam Objectio 2a
æterna orbaretur; sed repugnat ordini charitatis, ut vitam nostram tempo- 143.
rariam vitæ proximi æternæ præferamus: ergo. Tenemur enim
plus diligere salutem animæ proximi, quam vitam nostram corpora-
lem.

Distin. maj. Vita non tantum ista, sed etiam æterna orbaretur ex propria Responsio.
culpa, con. culpa occidentis nego maj. Distin. etiam min. Nisi ipse
hanc nos necessitatem sua culpa conjiceret con. secus nego min. et con-
sq.tm Ad rationem adjectam respondeo, nos teneri plus diligere salutem
animæ proximi quam vitam nostram corporalem affective, et etiam
effective cum proximus est in necessitate, non tamen tenemur vi-
tam nostram pro salute proximi profundere, nisi in casu necessi-
tatis, in quo auxilio nostro indigeat. At hinc invasor non est in neces-
sitate, sed in voluntaria malitia; nec eget ope nostra, nam potest
facile se a periculo liberare ab injuria desistendo.

Ad tuendam famam, honorem, et bona fortunæ etiam sua, Propositio 2da
qui munere injustum aggressorem occidere non licet. 144.

1mo proba prob. Vita est bonum per se irreparabile, et majus bono-
re.

re, et famæ; cum inter bona naturalia principem locum obtineant. ergo iniquum est, et contra legem charitatis, quæ adimere proximo ad defensionem honoris, et famæ, quæ sunt bona inferioris ordinis, et per se reparabilia. Accedit, quod occisio illa in casu est vindicta, non defensio, nam non conducit ad servandum honorem, utpote jam ablatum per injuriam, sed solum ad acquirendum aliquem honorem apud nonnullos homines ob fortitudinem, falsam, qua vindicatur offensa. Denique si id liceret, via multis cædibus, violentiis, et perturbationibus in magnam Reip. perniciem pateret; unde lege naturali prohiberi debuit.

Pars altera prob. Iniquum est, et contra debitum ordinem charitatis, privata auctoritate adimere proximo bonum superioris ordinis, et per se irreparabile nempe vitam ad bonum inferioris ordinis et per se reparabile conservandum: ergo etc. Præterea neque Scriptura, neque Patres, neque canones, neque summi Pontifices hunc casum excipiunt a generali præcepto non occides. Imo Exod. 22 [illegible] vetat: nam dicitur qui furem diurnum occiderit reus erit homicidii, quia intelligi poterat [illegible] ad furandum, non ad [illegible] venisse, et ideo non debet occidi: Ergo non licet furem occidere, qui venit tantum ad furandum. Quare cum eodem cap. 22 Exod. dicitur: si effringens fur domum inventus, et accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis: agitur de fure nocturno, qui præsumitur velle etiam occidere; nam additur: quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, et ipse morietur.

Corol. Ex his omnibus colligitur etiam, et est communis sententia, non licere alapam pro alapa, fustem pro fustibus reddere; etiam [illegible]
ab

ob injuria desistit, quia, jam non esset defensio, quae locum non habet nisi in actuali aggressione, sed esset vindicta. 4.° Jus non licet convicia conviciis, contumelias contumeliis repellere; quia haec non est via ordinaria et apta honoris defendendi, sed redderetur malum pro malo privata auctoritate, quod non licet: non reddentes, inquit S. Petrus, malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Et S. Lucas: Benedicite maledicentibus vobis, et orate pro calumniantibus vos.

Objicias contra 2am prop. jactam. Honor et fama est quid praestantius vita. ergo si ad defendendam vitam liceat, liceat etiam injustum aggressorem famae occidere. Objectio prima. 145.

Resp. neg. ant. Honor et fama praestantior vita non est, nisi in aestimatione stultorum, et imprudentium; sed est bonum longe inferius, et positum in aliena judicio positum, et quod despicere propter se mera est vanitas. At vita est prima ac fundamentum omnium bonorum naturalium, et parte irreparabile, cujus dominium habet solus Deus. Deinde fama vera nititur sola virtute. Cura autem boni nominis, quam Scriptura commendat consistit in eo, quod homo nihil turpe agat, nihil quod naturam rationalem, et dignitatem Filii Dei adoptivi dedeceat. Responsio.

Calumnia, et contumelia non vindicata reddit hominem infamem: ergo &c. Objectio 2da 146

Nego ant. Nam cum aliunde constet, eum qui calumniam, aut injuriam passus est, esse virum probum, et fortem; ejus moderatio non ei vertitur vitio, sed laudi quia prudentis. Nihil enim indecorum agit, qui injuriam non ulciscitur, sed fert patienter secundum praeceptum et exemplum Christi, aut moderate defendit in judicio. Imo condonatio injuriarum est praestantissimus fortitudinis actus, ac proinde non Responsio

non

ne laude dignus

Obiectio 5ta. Dicitur contra eandem prop., certum licet vi repellere omnes leges et
147. iura permittunt. sed vim infert, qui bona temporalia eripere vult: ergo &c.

Responsio. Distinguo maj. Iura permittunt vim vi repellere per media legitima
concedo; nego. Occisio non est medium legitimum cum de solis
fortunae bonis agitur. Si enim bona temporalia exponi debeant ad con-
servandam proximi vitam, a fortiori occidere non licet ad eorumdem
bonorum defensionem.

Obiectio 6ta. Bellum juste infertur pro fortunis civis, idque non sine multorum cae-
148. de: ergo.

Responsio. Respondeo Principem ut eos ex subditis qui res alienas abstulerunt le-
gitime interficit, sic et iis, qui res iniuste detinent, legitime bellum
inferre, quia hanc a Deo potestatem accepit, et ulciscendi nec ne-
cesse est, et auctoritate propria poenas exigendi a subditis suis.

Obiectio 7ma. Ex dictis licet pro tuenda vita injustum invasorem occidere; sed vitam
149. moraliter eripit, qui eripit bona, sine quibus vita conservari nequit: ergo &c.

Responsio. Huic obiectioni respondemus primo admodum raro evenire, quod fur o-
mnia eripiat. Respon. 2do, quod si omnia prorsus bona auferret, tunc
vitam auferre merito censeretur; videtur, quod eo in casu occidi possit,
quam inique auferre vellet.

Scholion 1mum. Illud itaque hac de re monendum est, quod si fur ea nobis auferre
velit, quae ad vitae conservationem necessaria sunt; illum quidem
licite occidere possumus, ut ad vitam tuendam necessaria conser-
vemus. Quinimo multi olim docebant licere etiam occidere injustum
aggressorem ad defendenda bona magni momenti, quae aliter de-
fendi vel recuperari nequeunt, et necessaria sunt ad statum sui con-
ser-

servationem. Certe videtur non licere privata auctoritate occidere injustum aggressorem ad magni momenti bona tuenda, etiamsi sint necessaria homini ad vivendum convenienter suo statui. Nam hoc ultimum probant argumenta adducta; et quia nimis cessat ratio, quae a multis affertur, ad probandum licere occidere ad servanda bona temporalia, et nimis magna esset proportionis distantia inter malum, quod infertur, et illud pro quo vitando infertur; ideoque inaequalitas, et injustitia.

Duo etiam quaeri solent, quorum primum est, utrum liceat occidere accusatorem, et falsos testes, qui vitam injuste oppugnant; alterum, utrum pro defensione pudicitiae illum occidere liceat, qui eam tentat violare. Ad primum quod attinet respondemus, id nullo modo licitum esse; qui enim falsum testimonium dicit in judicio non censetur aggressor vitae, sed committit injustitiam, quae aliunde puniri potest, et alia via repelli. Hoc deinde jure etiam naturali in omni casu prohiberi debuit, ne multis caedibus, et homicidiis via aperiretur. Ad alterum quod spectat: multi docent, id licere, si aliter pudicitia defendi nequeat; quia inquiunt, praeterquamquod in hac re est periculum consensus in delectationem, ideoque peccati; imo et depravationis; pudicitia ac integritas est bonum maximi momenti, superioris ordinis ad bona fortunae, imo in aestimatione multorum bono vitae aequiparandum, et aliunde si amittatur, irreparabile. Sed alii negant: primo quia hic casus nec a Scriptura, nec a Patribus, nec a Conciliis excipitur a prohibitione generali non occides. 2do quia cum pudicitia sit virtus non in corpore, sed in anima residens, amitti non potest nisi per consensum liberum; et aliunde per occisionem invasoris adimitur ei paenitentiae, et animae salvandae locus. Illud quidem certum est, quamlibet cujus pudicitia impetitur teneri totis viribus, et omni modo possibili invasori resiste-

re;

Scholion. 1dum

veritate.

Quid Duellum? Antequam huic capiti finem imponamus, addi nonnulla debent de
150. Monomachia, sive Duello. Est autem Duellum certamen duorum, vel paucorum in certo loco, et tempore designato cum vitae, vel mutilationis periculo ex mutuo consensu privata auctoritate initum. Dico privata auctoritate; nam pugna paucorum, quae auctoritate Principis in bello justo suscipitur cum hoste ob bonum commune, non est stricte Duellum. Illud porro de duello agentes quaerimus, utrum jure naturae licitum, et honoris causa inter licitas defensiones locum habere possit: quod de re ita statuimus.

Propositio 4ta. Nec offerre, nec oblatum acceptare licet Duellum
151 Prob. Illud licitum esse non potest, quod adversatur supremo Dei in hominum vitam dominio: atqui tum offerre, tum oblatum acceptare duellum supremo Dei in hominum vitam dominio adversatur: ergo. Min. prob. Tam ille qui ad duellum provocat, quam qui provocatus duellum acceptat, vitam cujus nonnisi honestum usum habet ad Conditoris sui gloriam, communemque utriusque humanae felicitatem, apertissimo Divini pro suo arbitrio exponit, ac si vitae suae absolutum dominium haberet: sed hoc ipso supremum Dei in vitam hominum dominium laeditur: ergo.

Prob. 2do. Quod justa de causa suscipi non potest, licitum esse nequit: atqui duellum nulla justa de causa suscipi potest: ergo. Min. prob. Vel duellum suscipitur ad vanam, et gloriae jactantiam, ut factum est a Goliath; et haec ut cuique patet futilia sunt; vel ad indagandam veritatem, aut ad justitiam, ac innocentiam probandam, et ad hunc finem suscipi non potest, tum quia medium hoc nimis est crudele, tum

quia

quia horrendae superstitionis plenum est, tum quia medium hoc fallax est, et improportionatum, cum innocens possit perinde occidi ac reus; vel denique ad propulsandam ignominiae labem, et ad injuriam aliquam vindicandam, quae ratio frequentior est duellorum pene omnium origo: sed neque haec de causa potest assumi, tum quia vindicta ad Deum pertinet; tum quia apud Deum, et homines vere sapientes, ac probos, in quorum existimatione vera fama consistit, nullam incurrit ignominiam, sed magnam gloriam acquirit, qui et divinis, humanisque legibus vetantibus parens, duellum injuria affectus non offert, nec provocatus acceptat; neque enim dedecus est, sed ingens honor, ac gloria virtutem, et praesertim charitatem et fortitudinem exigentem et iram vincendo exercere: nulla ergo justa de causa suscipi potest duellum.

Merito igitur tum Reges suis edictis, tum Ecclesia decretis suis, constitutis in transgressores poenis gravissimis duellum prohibuerunt. Conf.
Unde Ludovicus Magnus anno 1643. jure sancivit, ut qui duello confligerent tanquam laesae majestatis tum divinae, tum humanae rei haberentur. Et Concilium Tridentinum sess. 25. c. 19. declarat: Detestabilem duellorum usum, fabricante Diabolo introductum esse, ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur. Duellum enim omni juri naturali, divino, et civili adversatur.

Vilis et abjecti animi esse censetur, qui vel oblatum non acceptat duellum, vel laesus quoad honorem ad duellum non provocat: ergo. Objectio prima 15.2.

Distin. ant. Vilis et abjecti animi esse censetur, ~~qui vel oblatum non acceptat~~ ab illis, qui rerum aequi aestimatores non sunt, transeat ant. ab aequis rerum aestimatoribus nego ant. et consequentiam. Licet qui vel laesus ad duellum non provocat, vel provocatus illud acceptare non vult ab injustis Responsio.

ra:

rerum æstimatoribus vilis et abjecti animi esse censetur; non æque tamen censetur ab illis, qui æqui rerum æstimatores sunt. Quinimo hominis frugi notam sibi comparabit qui calumnias magnanimo despicere novit, maledicta ferre contumeliosa, quam cum levissimis offensam vindicare. injuriam enim sanguine vindicare, et aliene, turpe, inhumanum, barbarum est, nedum sit decorum et honestum. Hoc vero audiendus, quod Tullius, qui graviter irascendum inimicis putant, idque magni et fortis viri esse censent: nihil enim laudabilius, nihil magno et præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia.

Objectio 153. Si duellum quod offertur non acceptatur, famæ et honoris periculum est certum, non quæ inde sequi potest est incerta; sed ad evitandum periculum certum licet se incerto periculo exponere: ergo.

Responsio. Nego maj. Imo iis, quæ nuper supra diximus patet, famæ et honoris periculum minime certum esse, namque ea non qui ad singularia certamina rapit, cum honoris in inani quadam opinione constitutione positus sit, a viris prudentibus, et piis nihil famæ timendum est. Sed etiam esset famæ periculum certum foret; non ideo tamen duellum esset medium aptum, nec utile, nec necessarium, adeoque nec licitum ad famam tuendam. Periculum æternæ mortis certum non est, certum tamen est, periculum mortis, cui temere se obiicere Deo supremo vitæ hominis Domino injuriosissimum est.

Instantia. Licet cuivis pro vita tuenda occidere: ergo a fortiori pro defendendo honore, qui major fuit. Cons. prob. Honor est aliquid vita majus: ergo si licet q. a fortiori q.

Responsio. Nego cons. et ad prob. Distinguo ant. Verus honor in virtute consistens est

est aliquid vita melius, cum honor fictitius a pravorum hominum opinione pendens, negant. et cons. quia verus honor a vano quo homo is simulacro probe, et accurate secerni debet. Primus in animi nostri virtute consistit, alter in aliorum existimatione, quae certa non est judicandi regula posita; est solidus quidem et verus honor vita ipsa praestantior est, melius est enim vitam amittere, quam virtutem in aliquo crimine faedando, sanctasque Dei leges infringendo; at si de fictitio honore sit sermo, falsum omnino est, illum vita esse potiorem; praesertim si honor ille non solum vitae periculo, sed legum etiam divinarum, et humanarum contemptu sit servandus.

Duo adhuc supersunt, quae contra prop. hanc opponi possunt; quorum Objectio 3tia.
primum est, ubi deficiunt testes nos ab auctoritate publica injuriarum 154.
ultionem repetere non posse, tum ergo, privata auctoritate licitum esse duellum. Alterum est, duellum Reip. prodesse, militares ipsorum animos acuit, ac fovet: ergo &c.

Ad primum quod opponitur, negamus cons. Quamvis enim deficien- Responsio.
tibus testibus a civili potestate ultionem repetere nequeamus, non ideo Deus per duellum ultro provocari licita reddit; namque injuriae patienter potius ferendae sunt, quam leges divinae, et humanae violentur, nosque in apertum vitae et salutis aeternae periculum exponamus. Accedit quod nemini liceat in sua causa sese judicem constituere; ita enim quisque est comparatus, ut sibi multipes longe se majorem aequiorem, quam sunt, et injurias sibi illatas longe graviores, quam sunt existimat. Ad alterum negamus ant. Si enim Reip. prodesset duellum, tot tamque severis Principum edictis minime prohiberetur. Enim experientia edocti sunt Principes, plurimos eosque Reip. utilissimos cives duello perire, ideoque illud merito proscripserunt. Quod si etiam duelli usus Reip.

uti-

ut erat, cum tamen supremo Dei in omnium vitae dominio adversetur, adeoque honestum esse id non potest, quod naturali jure vetitum erat.

Caput 10

De officiis hominis erga alios.

Quae officia hominis erga alios? 155. Expositis hominis tum erga conditorem rectoremque naturae Deum, tum erga se ipsum officiis pertractandis, jam sunt officia, quae homini adversus alios praestanda sunt. Horum porro officiorum nomine actiones vel omissiones illas intelligimus, quas erga alios lex naturae praescribit.

Quotuplicia? 156. Officia, quibus erga caeteros homines obstringitur homo vel communi humanitatis titulo nituntur, et ab eo universalia dicuntur, prout est membrum societatis humanae, vel a peculiari societate nomen ducunt et originem, ita ut ad ea obligetur homo, prout est membrum peculiaris alicujus societatis.

Quae officia perfecta, et quae imperfecta? absoluta, et hypothetica? 157. Officia adversus alios praestanda alia perfecta, alia imperfecta dicuntur. Priorum nomine intelliguntur quaecunque alteri ex justitia debentur, ita ut ea praestanda ab aliis cogi possimus; posteriorum vero, [illegible] quae non quidem ex justitia proprie dicta, ex aequitate tamen ac convenientia naturali aliis praestandum est, quin tamen jus coactionis competat. Ceterum [illegible] absoluta, ut [illegible] habeat [illegible] exigendi. quod nisi hoc non ex aliquo facto aut pacto sed ex ipsa humana natura et hominis communi conditione derivatur, officium autem antehac dictum absolutum vocatur; secus vero hypotheticum.

Quae officia Omnia autem officia erga homines ad duo potissimum capita

ta revocantur. Primum est ut cuique jus suum tribuatur; alterum ut ab aliis affirmativa, et
non injuria, et laesione caveatur. Primi generis affirmativa sunt, et in eo cons[illegible] negativae?
sunt, ut faveamus, et praestemus aliquid aliis in eorundem commodum, ac feli- 158
citatem, posterioris vero negativa, vetantque omne id, quod nocumentum al-
teri [illegible] afferat.

[illegible] hisce perpensis, an [illegible] ostendere [illegible] maxime [illegible]
que universale absolutum adversus alios officium esse ut alios omnes,
communem nobiscum naturam sortitos amore prosequamur; hic enim
est veluti omnium aliorum fons, et origo; namque hoc [illegible] et [illegible]
qua amor actiones [illegible] parat, et dirigit, facit ut ab injuriis abstineamus, et
aliorum [illegible], [illegible] consulatur. Statuimus itaque

Omnes homines iure naturae ad mutuum amorem tenentur, Propositio 38
eamque actuationem [illegible] ostendere debent. 159.

Prob. Ex sapientiam, et providentiam divinam in gubernando hoc
universo quam maxime [illegible] exigere ab hominibus, quam, certum
constituit systematis universi, ut praestet ea omnia, sine quibus nec so-
cietas humana consistere, nec tranquilla esse potest; neque quae
ad societatem, et tranquillitatem obtinendam necessaria [illegible]
[illegible] amore mutuo [illegible]. Atqui certum est cum Deus
ut pote sapiens, ac providus ordinem [illegible] conservationem velit,
utpote bonus hominum [illegible] felicitatem, dubium esse ne-
quit, quin ea ab hominibus exigat officia, sine quibus nec societas, et tran-
quillitas haberi non potest. Nihil etiam in dubium vocari non potest; cum
omnia ea quae ab hominibus praestanda sunt, sint actiones eaeque
comparatae ad homines vel praestandae, vel omittendae, ita ut et suum
cuique tribuatur, et omnis caveatur laesio mutuo amore [illegible]
dum

Cum ergo Deo placent [illegible] [illegible] non potest, et neque [illegible] esse ex [illegible] naturæ adversus alios amorem, et hinc [illegible] omnes extendi oportere quos et naturæ et fini ejusdem Domini communio sociat, et unius ejusdem societatis humanæ membra facit.

Neque vero ab [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] amorem, [illegible] [illegible]. Nam profecto nunquid et nos etiam diligamus [illegible] [illegible] [illegible] mandantis, diligite inimicos vestros; be[illegible] his qui oderunt vos; [illegible] [illegible] naturali [illegible] [illegible] colligitur. Si autem est [illegible], [illegible] naturæ omnes homines diligere debemus, [illegible] naturæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] eosdem [illegible] diligendos esse [illegible] [illegible] [illegible] ostendere. [illegible] manifestum est et affectu et [illegible] etiam externo hominem ab homine [illegible] esse, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] externo opere [illegible] promoveatur animus per internum affectum excitetur; [illegible] [illegible] et alio [illegible] [illegible] [illegible] conatur.

[illegible] 170. Considerando, jam sunt nonnulli difficultates [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] solent. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] requiri externa charitatis officia.

Dissonans [illegible] perfectum est, quod affectus internus [illegible] amor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] charitatis opera aliis præstanda vehementissime [illegible], et impellit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] valentissime movet.

Hic.

Obiicient illi, et quaerent cur oporteat alios internoscere amore diligi, sive dicendo quod vel omnes homines in confuso, vel omnes in particulari amare 101
debeamus; primum vero inutile, alterum non est possibile, nam omnes in particulari succurrere vires nostrae nequeunt: cur autem hos prae aliis deligamus? ergo

At enim nec inutilis est amor omnium in confuso, nec impossibilis amor omnium in particulari; quod si enim omnes in confuso amentur, quotquot naturae, finis, ac originis lege communi ejusdem nobiscum generis humani membra sunt, paratus omnino erit animus, ad succurrendum particulari cuivis, ubi necessitas tulerit. Responsio.
Cum vero non aequali omnes necessitate premantur, facile erit in particulari succurrere indigentibus, citra [illegible] majori minus necessitas sufficiens ratio ut aliis non omnibus caritatis officia exhibeantur.

Angustiis temporum urgentibus plura hic omittere debemus, quae circa reliqua officiorum Divinorum notatu dignissima essent. Scholion.
Quod tamen injustis arbitrium non omnino [illegible] prout [illegible] expeteremus. Nonnulla potius de mendacio, et aequivocatione [illegible] quae de re Heterodoxos cum Grotio, Puffendorfio aliisque [illegible] controversum est [illegible] utilitas aliqua in nos dimanat [illegible]. His praemissis notionem [illegible] computandum [illegible].

Mendacium est sermo prolatus ab aliquo, qui contrarium, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi, ut ait [illegible] verum non Quid mendacium?
sermonem tantum, sed etiam scriptura, gestu, nutu aliove signo [illegible] 162.
mentem animi nostri [illegible] licet, mentiri [illegible] qui
quicunque ejusmodi signo fallendi animo [illegible] quam sentit

quae

gnificat. Dividitur porro mendacium in officiosum, jocosum, et per-
niciosum. Primum est, quod dicitur animo juvandi, ut prosit alteri; secundum
quo alium quis fallere intendit animi recreandi causa; tertium deni-
que quo alteri imponitur, eique nocumentum affertur.

Quid restrictio pure mentalis, et non — mentalis? Restrictio pure mentalis, sive interna est dictum, quod sententiam, et intentionem nostram nec verbis se, nec ullis circumstantiis, in quibus profertur, repraesentat, sicut loquentis menti conforme sit, id tum quod mente reservatur, nec ulla ratione audientibus innotescere po-
103 test. Restrictio non pure mentalis, sive externa et realis dicitur cum
ita comparatur, ut illi cui loquimur aut ex verbis, aut ex adjunctis,
aut modo proferendi, aliisve signis mentem loquentis assequi possit.

Quid aequivocatio? Aequivocatio, quae etiam amphibologia dicitur, est sermo ambiguus, sive
est locutio habens sensum duplicem, vel plures aeque diversos, ut: aio
104. te Aeacida Romanos te vincere posse. Ab hac non differt simulatio ma-
terialis, quae est actio vel omissio de se ad plura significanda indifferens.

Propositio 2a. Omne mendacium est intrinsece malum.

105. Prob. Illud est intrinsece malum, quod non tantum fini immediato
sermonis relato ad communicanda animi sui sensa, sed etiam fini ulti-
mo naturae rationalis inspectae naturam est oppositum; sed mendacium non
tantum fini immediato sermonis, sed fini etiam ultimo naturae rationa-
lis inspectae natura oppositum est; ergo. Major patet. Finis sermonis est, ut
sit signum animi sui judicium mentis, et finis ultimus naturalis est,
ut actiones suas ita instituat, ut per eas perfectiones divinas, quoad ejus
fieri potest manifestet, ac felicitatem humani generis propriam pro-
moveat; sed mendacium est dictum aut factum difforme menti
loquentis animo, ac dein violatur directe veracitati Dei a divi-
na;

medio oppositus, quam tamen perfectionem non minus, quam alius homo manifestare tenetur ergo etc. Aud. quod adversetur etiam amicitiae, conversationi politicae, securitati denique publicae, quae ad felicitatem humanam quam [illegible] inopiam omnino requiruntur. mendacium enim utpote cum deceptione, aut damno aliorum, aut saltem cum periculo deceptionis damnive alieni conjunctum, omnem inter homines mutuam fidem tollit. Hinc merito in Scripturis omne prorsus mendacium prohibetur. Eccl. 7. Noli velle mentiri omne mendacium. Prov. 13. Verbum mendax justus detestabitur; et denique ad Colossenses 3. Nolite mentiri invicem.

Mendacium tamen, quod nec proximum nec honorem Dei graviter laedit nec scandalum parit nec est contra mores, veniale est, quale est maxime jocosum, vel officiosum, ut docet S. Aug. in Psal. 5. Cum hinc ejus inordinatio non censetur gravis. Est mendacium perniciosum, quod graviter laedit bonum proximi, vel honorem Dei, aut grave scandalum parit, est mortale. Tale est omne mendacium contra fidem, religionem, bonos mores, et alia ejusmodi; unde in Scripturis legitur: os quod mentitur, occidit animam. Sap. 1. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Psal. 5. Scholion.

Non omne mendacium aut felicitati humanae, aut perfectionibus Dei opponitur: ergo etc. Ant. prob. Mendacium non nunquam potest esse medium necessarium promovendae felicitatis tum privatae, tum publicae, v. gr. ad avertendas, aut sedandas simultates, ad propulsandam [illegible] calamitatem, sed quod calamitatem tum privatam tum publicam promovet nec felicitati humanae, nec perfectionibus Dei repugnat: ergo. Objectio. 166.

Nego ant. ac ejus prob. nego maj. cujus quae minime in prob. jam satis [illegible] mendacium omne et humanae felicitati et divinis perfectionibus oppositum esse. Itaque [illegible] Responsio

eas;

cessarium quandoque esse ad promovendam tum privatam, tum publicam felicitatem, quamquam id non est determinate, et simpliciter necessarium; praeterquam quod alia suppetunt media ad eandem felicitatem promovendam; alia porro suppetunt media naturaliter licita ad veritatem celandam, cujusmodi sunt sermo amphibologicus, elusorius, figuratus, aequivocus, qui non sit restrictio mere interna neque mendacium, sed sensum verum obscurum, diversum obvium contineat, qui tamen a cauto auditore intelligi possit. Sed neque id universim verum est, quod illud axioma asserit; quod promovere videtur felicitatem sive privatam sive publicam licitum sit; utile enim non est, nisi etiam sit honestum; nihil autem utile potest esse, quod non sit etiam honestum; jam vero cum mendacium nunquam honestum esse possit, ita nec utile unquam erit.

Propositio 4a. 157 Restrictiones pure mentales semper sunt illicitae; licet tamen aliquando sub tecta causa verum celare verbis aequivocis, ambiguis, ac restrictione mere externa.

Prob. 1a pars. Mendacium nullo modo licitum esse potest; atqui restrictio pure mentalis verum est mendacium. Nam ex S. Augustino demum ille mentitur, qui aliud habet in animo, et aliud verbis vel quibuslibet significationibus enunciat; sed qui restrictione pure mentali utitur aliud habet in animo, et aliud verbis enunciat, cum restrictione, nisi et alter aliud concipiat quam quod enunciat concipit. Atque hoc ipsum confirmatur etiam ex eo quod restrictio pure mentalis externum sermonem non corrigit; si enim corrigeret, ut sermo non sit mendax respectu illius qui audit. Deinde usus ejusmodi restrictionis non minus societati et ve-

vocum institutione [illegible] diversitas, quam significat verba [illegible] non
omnino aeque ac fallit qui dicit, non habeo pecuniam, subintelligens, [illegible]
[illegible], quam qui rotunde et palam dicit, non habeo pecuniam. Ergo &c.

[R]espondetur neg. Verba aequivoca, ambigua, ac restrictionem admitten-
tia nihil habent cum mendacio commune, nec intrinsecam malitiam
in se continent, [illegible] occultandae veritatis sunt medium: ergo dum
justa id petit celandi veritatem causa, iisdem uti jure naturae licet.
[illegible] prob. Voces ejusmodi sunt conformes et objecto, et etiam menti lo-
quentis [illegible] externam significationem adeoque et intelligi ab audi-
ente possunt, et quidem aequivocae, et ambiguae ex ipsa sua significa-
tione omnibus nota, restrictio vero externa ex circumstantiis, in quibus
usurpatur; [illegible] observamus, Divinum, etiam, contra-
[illegible] &c. Accedit, quod restrictionis hujus usus neque repugnat societa-
ti seu commercio humano, cum potius ad illud sit necessarius, cum alio-
quin nulla esset via licite servandi [illegible] et [illegible]
[illegible], et avertendi [illegible] hominum [illegible]
[illegible], quae ad illos non spectant, nec eos [illegible] et [illegible]
mere injustam [illegible] possunt.

[Il]lud tamen certum est, non licere uti restrictione etiam non [illegible] adhibita
re mentali cum intentione decipiendi proximum, seu falsam ei opi-
nionem ingenerandi; quia hoc per se malum est, et [illegible]
[illegible] habet ad inquirendam et [illegible] veritatem, et [illegible]
[illegible] quando etiam [illegible] gravis et justa causa occultandi
veritatem; quia omnium et [illegible] societatis humanae [illegible], ut cla-
re et [illegible] interrogantis mentem [illegible]. [illegible]
est ejusmodi restrictionis usus cum [illegible] est [illegible]
ri

quemadmodum hujus confessio in Dei contemptum caderet, ita etiam quando in alterius innocentis, aut humanae societati malum obveniret.

Objectio prima. Contra primam prop. partem plures opponi possunt Scripturae textus,

10 8. qui certe plurimum difficultatis habere possunt videntur. Sic itaque argumentum quod nobis patet. Illud licitum est, quo usi sunt viri admodum sancti, Deo non redarguente, quodque usurpatum est ab ipso Christo, qui peccatum non fecit: atqui aequivocationibus, amphibologiis, restrictionibus pure mentalibus, Deo non redarguente, usi sunt viri sanctissimi, imo ipse Christus: ergo. Min. prob. Et enim Gen. 12. vir Abraham cum propinquaret, ut ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai uxori suae .... Dic ergo te obsecro, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te. Et in Gen. 27. ubi Jacob, ut surriperet benedictionem Esau, cum esset interrogatus a patre: Quis es tu, fili mi? dixit: ego sum primogenitus tuus Esau. feci sicut praecepisti mihi: surge, sede, et comede de venatione mea etc. Illud exemplum quoque a Christo datum est. Ut enim caetera omittam Marci 13 interrogatus a discipulis de die judicii respondit: De die illo vel hora nemo scit, neque Angeli, neque Filius, nisi Pater. Item Joannis 11. dixit Jesus: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum. Matthaei c. 9 v. 24. Recedite non est mortua puella, sed dormit: ergo.

Responsio. Nego min. ad ejus prob. quae ex plurimis Scripturae locis desumpta est respondemus in iis ex variis adeo sublimibus, et propheticis gestis nihil colligi posse in gratiam eorum, quae in usu quotidiano et commercio civili contingere solent. Deinde ut nonnulli censent interpretes de Abraham dicere possumus, illum vere, et licite potuisse appellare Saram sororem suam, juxta Hebraeorum morem;

qui

qui consanguineos fratres et sorores appellare consueverunt. Sic Abraham; qui vocat Lot suum fratrem, quamvis nepos esset. Saram porro consanguineam Abrahamo fuisse dubitari non potest: quinimo Cajetanus, et alii existimant Saram propriè sororem Abrahami fuisse non quidem ex Matre, sed ex Patre. Quod primum dicitur etiam Gen. 20. 12. ubi hæc sunt Abrahæ verba: Vere soror mea est, filia Patris mei, et non filia Matris meæ, et duxi eam in uxorem. Denique Jacob a mendacio excusant. Poterat enim dicere se esse Primogenitum Esau figuratum, et Personatum, nam et dicente Divino Gen. 25. 23. et jure emptionis, Ibidem Gen. erat primogenitus Isaac, et poterat privilegio primogenituræ frui, et a Patre solemniter benedici. Quare sicut S. Matthæi 11. Joannes Baptista vocatur Elias non quoad personam, sed quoad spiritum; et sicut Tobiæ 5. 18 Raphael se dicit esse Azariam, idest adjutorem Dei, Ananiæ, idest gratiæ Dei filium; sic Jacob se dicit esse Esau non quoad nomen et personam, sed quoad jus, et primogenituram. Colligitur Abraham, et Jacob ab omni culpa excusari, et jure dicere potuisse quæ ipsi dixerunt, et hinc nihil contra propositum; vel certum non est eos ab omni culpa immunes fuisse, et tunc pariter nihil contra nos concludi potest.

Ad textus ex Evangelio desumptos denique venientes, negamus quidquam ex iis colligi posse, quod amphibologiis, et restrictionibus pure mentalibus faveant. Et in primis, quod dicit Marcus Christum nescire judicii diem, cum S. Augustino aliisque Patribus ita intelligendum est, ut dicamus Christum nescire judicii diem, quia non expediebat, ut eum singulis nos manifestaret. In hoc autem ne umbra quidem erat restrictionis pure mentalis, quia homines verborum sensum statim intelligere debuerunt proprie, utpote quibus receptum erat, nihil esse, quod Christum lateret. Quod spectat ad verba Christi de Lazaro, primo nihil a contextu, et singu-

lis

loco Judaei sermone vocavit Christus quia Hebraei mortem dormitionem et somni nomine exprimere solebant; hinc illud toties in Scripturis repetitum, dormivit cum Patribus suis, ideoque facile intelligere debebant Apostoli, qui Christum audiverant somni vocabulo uti ad significandam mortem. 2° Neque adeo clara erant Christi verba, ut minime sit hic aberrasse discipulos: an enim probabile videri poterat Christum confecturum esse longum et periculosum iter, ut hominem e communi somno excitaret? 3° Denique statim ut sensit Christus verba sua non intelligi ab Apostolis eo quod diceret somnum, mortem expresse aperuit; tunc ergo dixit eis Jesus manifeste, Lazarus mortuus est. Ultimum quod opponitur: Puella, non est mortua &c. vel cum S. Hieronymo, Chrysostomo hoc sensu intelligendum est quasi diceret Christus non est mortua mihi, cui omnia vivunt; vel ut alii interpretantur, non est mortua eo quo vos putatis modo, scilicet ut maneat in morte, sed dormit expectans, ut eam suscitem, cui facilius est illam e morte, quam hominibus e somno excitare.

Objectio 109. Decipiens alterum per partem. Qui verba aequivoca, aut restrictionem internam adhibet dat alteri causam erroris; seu dat illi alteri causam erroris quae naturalis est vel stricta, cum adversarius [illegible] cum quoddam sibi intellectum affirmans: ergo.

Responsio. Distinguo maj. dat alteri occasionem erroris in se ipsa, et per accidens, conc. per se nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Qui enim ista de causa ambiguum adhibet sermonem per se audientem nequaquam illudit; cum nec falsum dicat, nec alteri imponere hoc sermone intendat, sed occultet duntaxat veritatem; neque vero est physica, seu moralis causa erroris, in quem forte audiens incidat.

nam;

numquam nulla ratione aliud suadet, aut mandat actum: utrique communi ipsi
conanti tribuendus, ut ipsum est.

Ad veritatis virtutem pertinet ita loqui, ut qui audit, sermonem intelligat, et dicto id ipsum quod in animo nostro sentimus, ut verbis ambiguis respondens ita non lo- 170.
quitur: ergo &c.

Dictum maj. si non sit justa causa celandi veritatem, con- cedo; nego maj. et sic Responsio. Dictum min. nego cons. Sermo qui licet obscurus sit, menti tamen loquentis con- formis est, ut ne contradicatur, et ab attento audiente intelligi potest, veri- tatis virtuti non adversatur.

Ejusmodi locutionis usurpatio conversationi humanae, vitaeque sociali conjunctio vita- li adversatur: ergo &c. Prob. Non minus per talem sermonem homo ab 171.
homine alienatur, quam per talis idiomatis usum, quod intelligi nequeat, quia aeque sermone ambiguo circumvenitur, neque ea adjuncta [illegible] audiens, quam si peregrino idiomate uti responderetur: er- go &c.

Dictum ant. Ejusmodi locutionis usurpatio adversatur conversationi hu- manae, si ejusmodi locutio passim, et sine justa causa adhibeatur, con- cedo; tum solum adhibeatur cum justa causa illa uti suadet, nego ant. conversationi humanae, et vitae sociali contrarium nequaquam est justa ex causa sensum animi sui alteri occultare, et ejusmodi uti ser- mone, qui menti loquentis semper conformis est, et a cauto audiente intel- ligi potest.

Caput 11.

De officiis hypotheticis ex dominio provenientibus.

Cum ut superius adnotatum definitum est, officia hypothetica sint illa, quibus origi- ne, quae alteri [illegible] tenemur, ex [illegible] [illegible] quodammodo [illegible]?
nem

172 tem [illegible] alieno [illegible] officia hæc inde originem ducere, quod quis bona quædam externa, non ab ipsa natura tributa, sed facto quodam seu suo seu alieno acquisiverit; vel per pacta, aut contractus res, quæ antehac alterius fuerant, sibi acquisiverit. Quare ante omnia imprimis docere opus est, quidnam rerum proprium dicatur, et quibus factis quis possit rem aliquam suam facere; quidnam pactorum, aut contractuum nomine veniat, quæque illorum natura sit, tum quænam inde nascantur officia ostendere.

Quid dominium. Suum proprie vocatur id, cujus quis dominus, seu quod in ejus domini potestate, promiscuo est. Dominium autem, prout hic accipitur, recte dicitur jus, seu communio facultas excludendi omnes alios præter se ipsum ab usu rei alicujus,
173. quod si enim sublata est hæc facultas, dominus quis esse cessat. Respectu vero rei illius cujus usu alios excludendi quis facultatem habet, possessio nuncupatur. Quod si facultas hæc uni soli competat, ita ut omnes alios usu rei prohibere possit, res in proprietate esse dicitur. In communione vero positiva, si pluribus communis sit; quod si autem nulli facultas dominium hæc competat alios usu rei prohibendi, res est in communione negativa.

Quomodo dominium. Dividitur primo dominium in altum, quod habet Princeps seu Summus imperans disponendi de bonis et actionibus privatorum ad commune com-
174. muna; et in simile quod quisque privatus habet disponendi de suis bonis in proprium commodum. Dividitur vero in plenum, seu perfectum, quod est jus disponendi de re, et fructibus ejus tanquam suis, et non plenum seu imperfectum, quod est jus disponendi vel de sola re vel de solis emolumentis: unde subdividitur in directum, quo quis habet solam proprietatem rei, sive jus percipiendi ejus fructus; et in utile quod

est jus disponendi de fructibus, et emolumentis rei, non de re ipsa.

Res omnes creatae, et inferiores usibus humanis subjectae, cadunt sub [illegible] dominium hominis jure naturae, ut agri, flumina, plantae, bestiae q. b. utuntur domi[illegible] omnia, inquit Psal. subiecisti sub pedibus ejus. Cum enim ea est corporis nostri [illegible] hominis constitutio, ut rebus creatis indigeat, quibus nutriatur, conservetur, adjuvetur. 175.
~~[illegible]~~ Deus certe qui homines, quos condidit vult conservare, illarum rerum usum indulsit, sine quibus integritas, ac conservatio hujus corporis conservari nequit. Et sicuti omnes homines natura pares sunt, ita quoque primitus per omnibus in res creatas a Deo potestas concessa fuit, ita ut res nulla magis esset unius quam alterius; cum enim et numero pauci essent, et rebus omnibus abundarent, nec utile nec necessarium erat ita aliis alia attribui ut ab eorum usu caeteros prohibere possent. Quare ut plerique censent, omnibus omnia tunc erant communia, ut quisque quod vellet, suis usibus attribuere jure posset, modo id ab aliis non ante occupatum esset; quod enim quisque jam occupaverat, eripere eidem alter citra injuriam non poterat. Cum postquam subinde auctum est hominum genus, resque tum ut provenirent, tum ut usibus humanis aptae essent, magna cura, ac industria curandae essent; coeperunt alii alia sibi vindicare, magna sibi parva, et agros, quos colerent, habere coeperunt: atque ita rerum facta est divisio pacto quodam aut expresso, aut tacito.

Modi acquirendi dominium ab hominibus inventi alii originarii, alii derivativi sunt. Illorum nomine veniunt modi ii, quibus res primo acquiritur, quibus domini reddimur rei alicujus ante dominium, atque in nullius [illegible] in potestate existentis; posteriorum nomine autem illi, quibus acquiri- 176.
tur res, quae jam sunt in alterius potestate constitutae.

Cum occupatione acquiritur quidquid nullius est, proprium, unumque ut occupanti occupato[illegible]

177. cupata res quaedam censeatur, debeat quis rei illius rem sibi vindicare, eamque apprehendere, hinc nihil est aliud occupatio, quam apprehensio earum rerum, quae nullius sunt propriae, cum animo eas sibi acquirendi. Qui modus acquirendi cum omnem fere jam efficaciam habeat, non tam ex principiis juris naturae, quam pactis, consuetudinibus, ac legibus populorum; harum vero investigatio ad Philosophiam moralem non spectat, sed ad jus positivum, ideo haec ad juris consultos relinquenda existimamus.

Scholion. Unum tamen est, quod praeter hoc loco pertractandum esse existimamus, utpote quod ad jus naturale pertineat, et valde familiare sit. Bona derelicta, vel quae nullum unquam habuere dominium, jure naturae et gentium sunt invenientis; nam cum nullius sint, fiunt primi occupantis, nisi aliter leges speciales statuant. At quaestio oritur circa bona inventa, quorum dominus post diligentem adhibitam inquisitionem inveniri non potest. Cum vero maxima quidem fieri debet inquisitio, major vel minor prout rei qualitas postulat. Quid igitur agendum, si dicta inquisitione adhibita rei dominus inveniri non possit? hic quid statuimus.

Propositio.
178. Bona inventa quorum Dominus post diligentem inquisitionem cognosci non potest, in pia opera sunt impendenda.

Prob. Res quae remanent in dominio alterius, si nequeant ei reddi, jure naturali impendi debent secundum ejus voluntatem rationabilem, et prudenter praesumptam; nam non licet de re cujusquam aliter quam ex ejus voluntate disponere; atqui haec censetur rationabilis voluntas dominorum, ut talia bona in pia opera impendantur, cum sic impendantur optimo, quo impendi possunt modo: ergo. Jam vero dubitandum non est, quin ille, qui rem aliquam amiserit, semper illius dominium retineat. dominium

enim

enim non acquiritur nisi vel sua propria voluntate, vel lege aliqua, aut sententia judicis, non autem casu fortuito. Unde illud S. Aug. c. 14 q. 5: Si quid invenisti, et non reddidisti, rapuisti.

Si in rei inventione nullus labor, vel impensa fuit, inventor non potest quidquam retinere, aut exigere, quia nullum habet ad id titulum. Potest tamen accipere quae ipsi domino, vel liberaliter vel ex gratitudine, modo nihil exigat, vel propter laborem si quem fecerit. Quod si inventor sit vere pauper, ex consilio doctorum et prudentium, tantum sibi retinere potest, quantum praesentis illius indigentiae reparandae sufficiat. Scholion.

Incrementum substantiae accedit vel beneficio naturae, vel industria humana, vel beneficio naturae, simul et industria; quae incrementa generatim et quae ejusque accessionis nomine veniunt. Hinc accessiones aliae sunt naturales, aliae industriales, aliae mixtae. Quid accessio, et quae ejus species? 179.

Circa accessionem naturalem id generatim observandum est, an res quae accedit sit alicujus, an vero nullius, aut saltem de domino ejus non constet. Quando enim circa accessionem sit alicujus, id quod substantiae nostrae accedit ~~ope industriae nostrae~~ nostrum non efficitur; dominus siquidem illud sibi jure vindicare potest; secus vero nostro dominio subjicitur, cum nemo habeat jus prohibendi alium ab usu rei, quae nullius est. 180.

Industria humana substantiae nostrae aliquid accedit ope industriae. Quid circa accessionem nostrae, atque quoad illam probe attendendum, si res diversorum dominorum industria junguntur, an haec conjunctio voluntate utriusque domini an alterutrius invito fiat. Quid circa accessionem industrialem? 181. Si uterque in illam consentiat, incrementum utrique accedit pro rata; si vero unus sit invitus, et res illius per accessionem rei alienae reddatur deterior, ille qui eam deteriorem reddit, omne damnum resarcire tenetur. Quod si alterum melior evadat, res junctae separandae sunt, si fieri possit, et cuique res sua tribuenda; quod si nequeant separari, restituenda illi ca-

cedit cujus res est majoris pretii; modo bona fide id egerit; tantundem vero persolvendum est alteri, quanti res illius aestimatur.

Quid circa accessionem mixtam? Accessiones mixtae, quibus tempore et natura et industriae beneficio aliquid acquiritur, duae sunt: satio, et plantatio, dum v. gr. in alieno solo aliquid nostro proprium, vel plantatur, aut in solo proprio alienum semen

182. spargitur, vel planta defigitur, circa has porro regula universalis duobus hisce versiculis continetur:

Quidquid plantatur, seritur, vel inaedificatur,

Omne solo cedit radices si tamen egit.

Praestandum tamen est a Domino soli Domino seminis, vel plantae pretium illius, et siquidem Dominus seminis, vel plantae in alieno solo plantavit, aut sevit, a Domino soli pretium quoque pro impensis in alterum factis repraesentari debet.

Modi derivativi acquirendi dominium? Expositis modis acquirendi acquirendi dominium originariis, paucis hoc acquirendi modos, qui derivativi audiunt, recensere juvat. Sunt vero potissimum hi duo: ad quos ceteri omnes, pacta revocari possunt, divisio nimirum, et

183. traditio. Divisione fit aliquid nostrum, dum res pluribus communis inter socios distribuitur, ita ut unicuique pars conveniente obtingat. Cessione dum in unum ex reliquis rei integrum transfertur, isque ut in locum omnium succedit, ita quoque quidquid alicujus erat consequitur, et quidquid oneris ob rem ferendum est, subire debet. Traditione dum Dominus rei et voluntatem, et jus alienandi habens dominium rei in alium transfert; quae ut vim naturae suae habeat necesse est, ut non modo ille, qui rem tradit, velit, ac jure possit illam alienare; sed etiam ille cui traditur, voluntate, ac capacitate illam accipiendi praeditus sit.

Effectus, et officia Effectus ex dominio orti sunt libera dispositio, possessio, ac vindicatio rei.

rei. Cum enim quis rei alicujus dominium adeptus est, per id patet integrum dominio illi esse, libere de re sua disponere, ita ut non solum fructum ex illa provenientium percipere, sed eam etiam consumere, commutare, et alienare valeat. Videlicet 184

est etiam rei alicujus domino jus competere illam detinendi, sive quod idem est illam possidendi, et jus utendi illam: ac denique cum necesse foret potestas alios ab rei excludendi, nisi illam quoque ereptam sibi vindicare ab alieno possessore fas esset, licitum omnino est domino rei, eam sibi ablatam ab alio vindicare. Ex triplici hoc jure domino rei competente triplex quoque in aliis obligatio enascitur; primum est ut ne alium impediant, quominus de re sua libere disponere, fructusque inde percipere queat. Item ut dominum ei sinant quiete rem suam possidere, neque seu directe, seu indirecte illi eam eripiant; atque adeo a furtis, rapinis, praedibusque abstineant. Quicunque enim haec tria non praestat, contra legis naturae praecepta fit reus; unique jus suum tribuere ab injuria, et laesione aliorum abstinere.

Caput 12.

De officiis hypotheticis quae ex pactis, et contractibus oriuntur.

Ad ceteros superiori capite recensitos acquirendi dominium rei alienae Quid pactum, i-
modos pacta quoque, et contractus pertinent. Contractus porro late sumptus et contractus?
idem est ac pactum, quod definiri solet duorum, vel plurium in idem pla- 185.
citum consensus obligationem inducens pariens vel in utraque parte ut venditio, vel saltem in una, ut promissio gratuita acceptata. Contractus stricte sumptus ratione magis definitur a nonnullis duorum vel plurium consensus mutuam obligationem pariens externo quopiam signo manifestatus. Hinc contractus stricte sumptus differt a pacto, quod non semper inducat mutuam obligationem; ille vero semper mutuam inducat. Hinc etiam contractus omnis est, pa-

ctum,

etiam, sed non omne pactum est contractus stricte sumptus.

Quid pactum expressum, et tacitum. 186.

Pactum dicitur expressum cum per exteriora signa in humano commercio recepta, cujusmodi sunt voces, litteræ, &c. mutuus consensus manifestatur. Tacitum dicitur cum natura negotii, quod peractum est, aliæve circumstantiæ consensum indicant: ita dum creditor debitori chirographum reddit, censetur eum liberare onere reddendi id, quod debebat. Et quoniam vel unus duntaxat se ad aliquid præstandum obligat, vel duo, aut plures mutuo: alia sunt pacta unilateralia, alia bilateralia, et quia per illa vel nova oritur obligatio quid præstandi; vel prior abrogatur; vel in locum prioris sublatæ alia subrogatur; quædam etiam dicuntur pacta obligatoria, quædam liberatoria, et quædam denique mixta.

Requisita ad pactum, vel contractum validum? 187.

Ut autem pacta et contractus valide inita esse censeantur, præscindendo a particularibus positivarum legum sanctionibus, oportet tum eum, qui paciscitur, quam eum quocum paciscitur, nec jure, nec voluntate paciscendi, acceptandique promissionem destitui. Quodsi alterutrum horum in uno desit, contractus, et pacta nulla sunt, proindeque nullum dominium acquiritur. Ut igitur valeant pacta, et naturalem obligationem inducant, conditiones quædam quoad objectum, quædam quoad consensum necessariæ omnino sunt. Quoad objectum porro requiritur primo, ut res de qua paciscitur, non sit alieno dominio, et potestati subjecta; nemo enim potest de re aliena disponere. Requiritur secundo, ut res illa non sit ex iis, quæ fieri nequeunt, namque nullus promittere potest alteri, aut ab alio exigere, quod præstare in ejus potestate non est. Requiritur tertio ut res illa non sit ex eorum genere, quæ turpia sunt, et inhonesta; lege enim naturali omnis actio turpis et inhonesta prohibetur. Quoad voluntatem vero vel consensum requiritur primo, ut consensus sit

sin:

simpliciter voluntarius, et absolute liber, quia sine libera Domini voluntate
in rem alienam dominium acquiri nequit. Requiritur etiam ut sit substan-
tialis, sive ut in ipsam rei substantiam consentiatur; alias enim dominium
rei nequaquam voluntate transfertur.

Contractus illi omnes jure naturae invalidi sunt qui fiunt de re aliena, quinam con-
impossibili, inhonesta, turpi; vel dum substantia contractus, aut rei de qua tractus ipso in
contrahitur, non cognoscitur, adeoque error, ignorantia, dolus circa substantiam naturae in-
om intervenit, et denique dum quis libera agendi potestate naturali caret invalidi.[2]
sunt, ut amentes, infantesque: illius contractus conventionis naturalis naturam non habet. 188.

Hos quidem contractus lege naturali nullos et irritos esse omnes conve- Scholion.
niunt; in eo solum in diversa habeunt nonnulli, an dum error aut do-
lus non est quidem circa substantiam, unice tamen causa contractus fuit,
aut dum contractus metu gravi injuste incusso extorquetur, contractus ejus-
modi jure naturae irriti sint necne. De his itaque studium agemus; nunc
prius necessariae notiones sunt praemittendae.

Error est judicium falsum. Dolus vero est omnis calliditas, fallacia, machinatio Quid error, dolus,
ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. Error substantialis et
vel dolus potest esse circa substantiam rei, ut si farinam avenae emeres, vendens accidentalis.[1]
eam esse tritici; vel circa accidentia, ut si tritici quidem farinam emas, sed eam 189
non recentem, qualem eam esse credideras; vel circa accidens seu qua-
litatem rei accidentalem, et duplex est; alter dicitur dans causam contractui,
alter vero dicitur incidens in contractum. Error dat causam contractui, quan-
do ille qui contrahit, non contraheret, si hunc vel illum defectum rei de
qua contrahit cognovisset: v. gr. emis equum tardum, quem strenuum et
velocem aestimabas, tardum autem equum non emisses, si eum talem
agno-

agnovisset. Error vero dicitur dumtaxat in contractum incidens, cum est causa non quoad eum simpliciter, sed quod libentius, et carius emas, id quod sublatis errore, et deceptione, adhuc emeres, sed non tanti. Ad errorem circa substantiam revocatur error, tum circa naturam contractus, ut si credas tibi donari, quod tibi venditur; tum circa motivum essentiale contractus, ut si Paulo promittas summam pecuniae, quia eum tibi consanguineum esse credis, cum non sit. Ad errorem circa accidentia pertinet error circa illud omne, quod est extrinsecum contractui, eique eo cognito adhuc fieret contractus, sive non. Patet ex mox allata divisione erroris circa accidentia.

Propositio 42. 1ma: Contractus, et pacta, quibus error aut dolus accidentalis causam dedit jure naturali sunt valida; infirma tamen, et ad arbitri-

190. um partis deceptae rescindi possunt.

Pars prima prob. Ille contractus jure naturali est validus, in quo reperitur consensus simpliciter voluntarius, absolute liber, et substantialis; atqui ejusmodi sunt contractus, et pacta, quibus error aut dolus solum accidentalis causam dedit: ergo. Min. prob. non obstante ejusmodi errore vel dolo subsistit tamen cognitio rei quoad substantiam, et consensus in accipiendum, et tradendum; differunt enim inter duo contrahere voluntarium, et velle contrahere; posterius consensum tollit non prius; alioquin infirmi forent omnes pene contractus, cum fere semper aliquae occurrant circumstantiae, quae si praevisae fuissent, detinuissent a contrahendo: ergo.

Pars altera prob. Ipsius dominii est, ut dominus rei possit sibi rem suam injuste ablatam ab alio vindicare, et omnis qui alium injuste laedit, tenetur damnum eidem injuste illatum reparare; sed qui alterum contrahentem in errorem inducit, eidem damnum infert, illud vero inju-

sta

de re sua ab alio expoliatur: ergo decipiens tenetur ad reparandum damnum, et deceptus habet jus rem suam sibi vindicandi; sed nemini obstaret, si ejusmodi contractus, et pacta non possent a decepto suo arbitrio rescindi: ergo &c. Accedit, ut diximus, quod fraus, et dolus, nunquam patrocinari non debent, patrocinarentur autem, si deceptus non haberet jus dissolvendi contractum, et tollendi obligationem illam, si voluerit consensum revocare.

Scholion.

Circa hæc tamen notandum est primo, contractum eum solum rescindi posse, qui ex se, et natura sua indissolubilis non est. Hinc Matrimonium, et professio in Religione rescindi non possunt, quia indissolubilia sunt. Notandum secundo est, quod si talis error, vel dolus dans causam contractui proveniat non a parte contrahente, sed aliunde ipsa inscia, tunc non solum valet contractus ob consensum circa substantialia, sed etiam rescindi nequit a decepto; quia pars contrahens non fecit injuriam ei, unde nec tenetur restituere alium in priorem statum, ac libertatem, sed solum rem reducere ad æqualitatem. Deceptor vero tenetur resarcire damnum illatum, cum sit causa illius injusta.

Propositio 2.

Contractus ex metu gravi ab extrinseco injuste incusso facti jure naturali validi sunt, rescindi tamen possunt arbitrio illius 191
qui metum passus est.

Pars prima prob. Contractus ejusmodi vel ratione consensus, vel ratione objecti, vel ratione injuriæ deberent esse invalidi, si quidem tales essent: sed ob nullam harum rationum ipso jure naturali invalidi sunt: ergo &c. Min. prob. Et primo quidem non sunt invalidi ratione consensus, quia hic est simpliciter voluntarius, et absolute liber, metus enim non tollit voluntarium, ut alias diximus, et externa coactio voluntas est nihilominus voluntas, proten-

tiæ

tis, siquidem interiori vis ab extrinseco infringi nequit; neque ratione obiecti, quia quod promittitur nec est impossibile, nec alienum, nec inhonestum; neque denum ratione injuriae, haec enim non est causa immediata contractus, sed solum consensus in faciendum contractum, adeoque contractui est extrinseca: ergo q.

Scholion. Ab his tamen contractibus, qui licet ex metu gravi injuste incusso facti validi sunt, nonnullos excipias oportet, qui jure positivo irritantur; ejusmodi est matrimonium, quia si esset validum, cum natura sua sit indissolubile, irritum non posset tolli; et inde gravissima incommoda generarentur: ejusmodi est professio religiosa, quia est matrimonium spirituale, et vinculum indissolubile ex parte professi; quod proinde perfecte voluntarium, et liberum esse convenit. Ejusmodi est etiam promissio dotis, vel ejus solutio; promissio vel traditio arrhae sponsalitiae etiam juxta multos; quia sunt via ad matrimonium contrahendum, quibus addunt etiam bene multi auctoritatem, quoniam per metum extortam, electionem per metum factam, item et jurisdictionem etiam coactam nullius esse validitatis.

Quid usura? 192. Usura ab utendo dicta, idem significat, quod usus sive tenuis, sive maius. Usura late sumpta est quodlibet lucrum sive licitum, sive illicitum, vel fructus ex aliqua re perceptus. De usu tamen factum est, ut usura absolute in malam partem accipiatur: hinc ab Hebraeis Neschech dicitur, id est morsus, quia usurarius alios mordet, et quasi devorat. Usura itaque stricte, et in malam partem accepta, prout hic sumitur, non inepte definitur: lucrum ex mutuo, seu ratione mutui percipiendum, vel perceptum: sive lucrum immediate ex mutuo proveniens, aut intentum. Usura est, si plus accipias, quam dederis, inquit S. Hieronymus.

Usu-

Usura est, si plus quam dedisti, expectes accipere, ait S. Augustinus.

Usura multiplex est: dividitur realis, mentalis, aperta, et palliata. Rea- Quotuplex usu-
lis est ea, quae in mutuo deducitur in pactum sive expressum, sive implici- ra?
tum, ut cum mutuans expresse vel implicite declarat se velle, aut expecta- 193.
re aliquid supra sortem. Mentalis est, cum quis mutuat ex intentione ali-
quod lucrum ex mutuo percipiendi, talem intentionem non significans ei,
cui tamen mutuat, licet eam exterius non exprimat, sed occulte, ei inqui-
re mutuando. Usura aperta est ea, quae percipitur ex mutuo explicito
cum pacto expresso lucri. Palliata, seu implicita est ea, quae provenit
ex mutuo implicito ac virtuali, latente sub alio contractu v. gr. venditionis,
depositi &c. Unde est vera usura, sed aliquo praetextu velata.

Quod si quaeras, quid est mutuum de quo sermo est, scimus, et mente Scholasticorum Scholion.
nam faciamus de usura agentes, sit mutuum prout frequentius acci-
pitur esse contractum, quo res numero, pondere, vel mensura constans
usuque consumptibilis in alterius dominium transfertur, cum obligatione
alteram ejusdem speciei, et bonitatis post temporis lapsum restituendi. His
praemissis, an quid circa usuram statuimus.

Usura jure naturali prohibita est. Propositio 3tia.

Prob. primo. Jus naturae prohibet omne, quod aequalitatem 194.
tollit: atqui usura aequalitatem tollit: ergo &. Min. prob. Ibi tollitur aequali-
tas, ubi plus exigitur, quam datum fuit: sed omnis usurarius plus exigit, quam
ei datum est, ut docet S. Aug. loco supra citato: ergo &.

Prob. 2do. Jure naturali vetitum est, ne quis domino rem suam vendat.
Sed usurarius domino rei rem suam vendit; vendit enim mutuatario usum
ipsius rei mutuo datae; at enim [illegible] mutuat rei, cui in pertinet
usus rei, praesertim cum res non datur nisi propter usum: ergo &.

Con-

confirmatur. Usurarius vendito usu, venderet id, quod suum non est
quia ad eum pertinet rei usus, in quem translatum est dominium rei
proprium, absolutum, et independens. ~~et hinc patet~~ atqui per mutu-
um transfertur in mutuatarium dominium proprium, absolutum, et in-
dependens; et hinc patet, quod res si vel incendio, vel furto, aut alio
quocumque modo pereat, mutuatario perit, non mutuanti: ergo &c.

Corol. Usurarii igitur tenentur tum ad omnes contractus usurarios utpo-
te injustos rescindendos, antequam absolvantur, tum ad restituendum
usuras, et compensandum omne lucrum cessans, et damnum emer-
gens ex usuris secutum.

Objectio prima. 195. Jus naturale permittit, ut homo mutuans accipiat pro eo, quod non
tenetur facere: sed plerumque qui dat mutuo, ad id faciendum non tene-
tur: ergo &c.

Responsio. Nego maj. Nam qui ille etiam, qui vendit vinum, aut aliquid aliud,
facit id ad quod non tenetur: atque tamen non potest aliquid exigere
seorsum a pretio vini, et supra ejus valorem: ergo a pari qui dat mu-
tuo non potest aliquid exigere supra id quod dedit. Ideo dico, quod sicut
libera, et gratuita vini venditio non aestimabilis seorsim a vino, quia nec
prodest emptori, nec venditori incommodum affert, nisi ratione vini, quod
venditur: ita gratuita vini mutuatio non est aestimabilis seorsum a pecu-
nia; unde nemo potest pro mutuo ipso, aliud pro gratia, quam faciens mu-
tuando pretium exigere.

Objectio secunda. 196 Pecunia numerata, seu praesens pretiosior est numeranda, et absente,
nam potest quis per ipsam negotiari, non per absentem; et insuper nemo est,
qui centum aureos praesentes pluris non aestimet, quam aureos centum
post annum habendos; ergo nonaginta aurei praesentes aequivalent aureis
cen-

centum post annum numerandis; adeoque centum accipere post annum, non est accipere supra sortem, nec proinde usurarium esse.

Nego ant. Res ipsa enim aurei certum pondus, et valorem eundem, quod in iis fert ponit, licet, non pluris hodie valeant, quam post annum, neque potentiores sint utiliores, si in arca alicui manserint; quod si mutuans cessit certo moraliter lucrum futurum erat, haud dubium est, quin aliquid ratione lucri hujus sibi cessantis possit supra sortem accipere; verum ratione pecuniae ipsius nihil accipere potest; alioquin cum in omni mutuo essentialiter detur pecunia praesens nummis in futurum reddenda, nullum esset mutuum, ex quo non posset aliquid recipi supra sortem quod rationi contrarium esse jam supra probavimus. Responsio.

~~Usuram~~ Usuram accipere iniquum non est, si lucrum quod partim ex pecunia mutuantis, partim ex industria debitoris proficiscitur, inter utrumque dividatur, ut eadem sit ratio lucri ad lucrum, quae est pecuniae ad industriam, aut industriae ad pecuniam; atqui lucrum quod facit mutuatarius partim ex ejus industria, partim ex mutuantis pecunia proficiscitur; ergo iniquum non est, si lucrum illud mutuantem inter et mutuatarium certo modo dividatur. Objectio 5ta. 197.

Distin. maj. Iniquum non est, ut lucrum dividatur si pecunia remaneat in dominio creditoris, seu mutuantis, ut accidit in vera societate, con. si pecunia transeat in dominium mutuatarii, ejusque periculum ad ipsum pertineat, nego maj. Porro pecunia per mutuum transit in dominium debitoris, seu mutuatarii, qui ejus periculum subit, quocumque modo pereat: ergo totum lucrum ejus esse debet. Contra vero ille qui committit pecuniam suam vel mercatori vel artifici per modum societatis capiendam, non transfert dominium pecuniae suae in illum, sed remanet Responsio.

ejus

opus, ita quod cum periculo, ut mercator de ea negotiatur, vel artifex operatur: et ideo sic licite potest sortem lucrando proveniens expetere tanquam de re sua. Ita S. Thomas quaest. 78.

Objectio 4ta 198. Montes pietatis, qui sunt cumulus pecuniarum publica auctoritate instituti ad sublevandum pauperibus approbati sunt a Concilio Lateranense 5. et tamen in illis exigitur aliquid supra sortem: ergo 2o q. Accedit quod jus civile probat usuras: ergo q.

Responsio. Illud auctarium non exigitur ratione mutui, sed damni emergentis, seu pro eorum impensis, et indemnitate devenat, ut expresse declarat Concilium Lateranense 5. Nam ad conservationem, et administrationem horum montium conducuntur ministri, quibus dandum aliquod mercedis; quae si numerarentur ex ipsa sorte reddenda, mox montes illi exhaurirentur, et sic damnum emergeret ex mutuo. Cum autem montium conservatio, indemnitas, et ~~conservatio~~ administratio ordinetur ad utilitatem accipientium mutuum, ut nempe parata pecuniam invenire possint, absque necessitate adeundi usurarios cum majore suo damno, aequum est ut pro eo aliquid conferant; nam qui Cu commodum sentit, onus quoque sentire debet. Ad id quod additur respondeo, usuras a jure civili non approbari, sed tolerari, seu non puniri ad impediendum majora mala. Deinde jus civile intelligi potest de usuris late sumptis, nempe de pecunia quae ultra sortem accipitur ob lucrum cessans, vel damnum emergens. Denique si quaedam leges id asserere non possunt, nec supponerent titulum justum, correctae sunt per jus canonicum, et sunt per se injustae, ideoque nullae.

Objectio 5ta. Mutuans privat se potestate utendi, et fruendi re mutuata, quam ali;

alias lucrari: ergo aliquid exigere potest: ergo &c. 199.

Non ideo licet aliquid supra sortem exigere pro privatione ista; quia si- Responsio.
cuti potestas illa non habet aestimabilitatem distinctam ab aestimatione ipsa
privationis usus rei. Privatio autem rei sufficienter compensatur redditio-
ne ejusdem, et carentia periculi illius, quamdiu non redditur eum mutuanti,
ut supponitur, ex privatione rei nullum lucrum cessat, nec damnum emerge-
tur.

Mutuum dare est beneficium praestare: ergo pro beneficio praestito po- Objectio 6ta.
test aliquid exigi. 200.

Nego cons.um Non ideirco propter hoc beneficium licet aliquid exi- Responsio.
gere; imo vero quia mutuum est beneficium, ideo est essentialiter gra-
tuitum; nam beneficium est bonum gratis datum, ideoque essentiali-
ter gratuitum. Benefici, inquit Cicero de amicitia, liberalesque su-
mus, non ut exigamus gratiam, neque enim beneficium foeneramur. Mu-
tuum igitur est contractus essentialiter gratuitus, et in solius mutuata-
rii commodum institutus.

Duplici ex titulo aliquid supra sortem exigere licet. 1mo scilicet, ra- Scholion primum.
tione damni emergentis; 2do ratione lucri cessantis, modo tamen conditio-
nes quaedam serventur. Harum conditionum prima est, ut lucrum cesset,
et damnum emergat ratione mutui vere non fictitie, vel ex culpa mutuan-
tis. 2da ut lucrum sit certo aut verisimiliter, ac quidem justo titulo percipi-
endum, si facta non fuisset mutuatio. 3tia ut mutuator non exigat inte-
grum, quod sperat lucrum, sed quanti spes aestimatur. 4ta ut mutua-
ns moneat mutuatarium de lucro cessante. 5ta ut compensatio
lucri cessantis non exigatur eo ipso tempore, quo datur mutuum, ne-
que ex mutuatis, usuris contrahatur. 6ta ut mercator malit nego-
tia-

rari; si enim mallet mutuare, mutuum daret, quia tunc contra illud: mutuum date nihil inde sperantes.

Scholion ultimum. Cum usura illicita sit, patet etiam non licere mutuum petere sub usura; non enim licet petere ab alio, quod alter licite facere non potest. Si quis tamen in gravi necessitate constitutus esset, mutuum petere posset ab eo, qui non daturus nisi sub usura prævidetur. Idem fieri potest etiam ob gravem alienam necessitatem. Namque licet petere ab alio, quod licite facere posset, si vellet, etsi peccaturus prævideatur, modo adsit justa causa non impediendi peccatum, sicuti re ipsa adest in casu allato.

Caput 13.

De officiis hominis ad societatem universim spectatam comparatis

Quid societas? 201. Societas est plurimorum hominum conjunctio ad eundem finem consociatis viribus assequendum.

Scholion. Contra Hobbesium, Rousseavium aliosque eorum sectatores tria in hoc cap. nobis probanda; quorum primum est, statum hominis naturalem non esse bellum omnium in omnes, quod absurdissime docuit Hobbesius, cujus status naturæ status belli est; ac hostis est quisque cuique, et aliorum status civitatum inter se naturalis, idest hostilis est. Alterum est statum hominis naturalem non esse silvestrem, ac solitarium, sicuti Rousseavius ostendere conatur in opere quod inscripsit De origine, et fundamento inæqualitatis inter homines. Tertio denique hominem a societate natura ipsa comparatum esse contra eos ipsos Philosophos ostendimus. Sit itaque primo:

Propositio prima. Sententia Hobbesii asserentis naturalem hominis statum esse bel-

bellum omnium in omnes, falsa est et absurda. 202.
Prob. 1mo. Ut vera foret Hobbesii opinio, quo statuit hominem
esse animal, natura sua ferox, malum, seu nocendi cupidum,
audax, seu ad pericula quaeque subeunda animo paratum; et
praeterea etiam ad societatem nullatenus esse propensum, ac
denique alterius cujusque auxilio non indigere; sed profecto hu-
jusmodi non est homo, ut vel ipsa experientia constat; constat enim
saltem plerosque homines minime feroces esse, sed potius indo-
lis pacificae, et placidae, atque ab omni inferenda injuria alieni-
simos; feritatem deinde non esse homini naturalem, vel inde patet,
quod natura ipsa inermem, nudum, imbecillemque in hanc lucem
emittat; esse autem hominem ad societatem comparatum, per se ex-
ploratum est, tum infra data quae demonstrabitur; hominem autem
homine indigere nemo sanae mentis negaverit: ergo falsum, et absur-
dum est Hobbesii commentum; e
Prob. 2do. Status ille naturalis esse non potest, qui violentus est, ac
per se, si diu perduraret, in omnimodam speciei perniciem tenderit;
atqui ejusmodi est status belli omnium in omnes, bellum enim
ut constat mutuam internecionem affert: ergo &.
Absurdissima est etiam Rousseavii sententia, quae docet na- Propositio 2da 4?
turalem hominis statum sylvestrem esse, ac belluinum. 203.
Prob. 1mo. Status hominis naturalis idem est, ut vult vel ipse
Rousseavius ac primitivus, ac originarius, seu qualem is, quem
primum esse coepit, et in sua origine habuit, et qualis semper ipse
tum prodire debuisset juxta illius phrasim e manu naturae;
atqui certissimum est hominem primitus, seu in sua origi-
ne

ne non talem fuisse, qualem ipse describit, nec talem debuisse e naturæ manu prodire: ergo &c. Horum primum patet ex sana atque certissima, quam habemus ejusdem historia, ubi quoad rationem tum quoad corpus, tum quoad animum, fuit conditus ornatus. Alterum etiam constat; cum enim nulla alia lege potuit natura e cujus potuerit manu prodire, præter quam ipsemet conditor Deus; idcirco plane absurde dicitur, aliter debuisse hominem a natura prodire, ac re ipsa a Dei manu prodierit, et alium esse naturalem illius statum, ac illum in quo ipsum Deo placuit constituere, qui certe non fuit status ferinus, atque sylvestris, qualis a Rousseavio confingitur: ergo &c.

Prob. 2do. Ita natura comparatus est homo, ut sese possit assidue perficere, quod et experientia ipsa compertum est, et a Rousseavio non negatur, quinimo in hac sese perficiendi facultate hominem inter et cætera animalia discrimen constituit; atqui in statu illo sylvestri ac bellvino, quem esse naturalem hominis contendit Rousseavius, vel ipso fatente, aut nullo modo, aut difficillime, et non nisi post multa sæcula, et datis tantummodo quibusdam circumstantiis, iisque fortuitis, quæ idcirco potuissent nunquam contingere, sese perficere homo debuerat: ergo non nisi prorsus absurde status ille naturalis esse affirmatur.

47. Propositio 3tia 204.

Status naturalis hominis est socialis, seu homo ad societatem natus est.

Prob. Homo ad societatem natus censendus est, si hominis ipsius conditio, facultates, et propensiones id postulent: atqui res ita se habet: ergo &c. Min. per partes prob. Et primo quidem id exigit hominis conditio; si enim varias hominis ætates perlustres, cum nunquam si-

bi

Ci suffecerit, sed aliorum ope semper indigere comperitur. Infans proprio ni-si aliorum ope adjuvaretur, vix hac luce aspersa interiret. Consenescat vero jam ob multiplices infirmitates, viriumque debilitatem, eodem ferme quo in-fans, alterius indiget auxilio. Verum in omni vitæ spatio haud raro morbi in-gruunt, qui sine aliena ope depelli non possunt, et pericula accidunt, quæ ho-mo solus propulsare non valet. Hinc optime Seneca: Quo enim alio tuti su-mus, quam quod mutuis juvamur officiis? Fac nos singulos, quid sumus? Præ-da animalium, et victimæ. His igitur malis societas sola mederi potest.

2do id postulant etiam facultates, quibus est a natura donatus. Quid enim? Pluribus homo præditus est facultatibus conservandæ societati aptissimis; quid namque ad societatis usum accomodatius, quam facultas varios animi sensus voce, vultu, gestibus, aliisque signis externis exprimendi? Num illa facultas documenta recipiendi, quibus perficiatur ingenium quod posita so-cietate, artium, scientiarumque est capax, et alia quæmodi: sed societate sublata hæc omnia supervacanea forent, cum ea tamen frustra a na-tura non acceperit homo: ergo etc.

3tio denique propensiones etiam naturæ ingenitæ id requirunt. Quis e-nim est qui congressus hominum fugiat, et oderit, quam libenter, moribusque cum amicis sermones? Si læti sumus nonne duplicatur lætitia nostra, dum eam amicis nostris communicamus. Si tristes, nonne tristitia nostra minui-tur, quando dolores nostros, eorumque causas amicis aperimus? Quid plura? quod aliis communicare nequimus, vix illud nos sive oblectamur; si quid praeter preclare gessimus, ut et illud in aliorum notitiam veniat, natu-raliter desideramus: ergo etc.

Objicit itaque primo Hobbesius, et ait, discordias esse inter homines di- Objectio prima
scordiarum causas; nam primo inquit: maximum est certamen ingenio- 205.
rum

rum, ex quo nascuntur et animorum discordiae. Deinde frequentis-
sime accidit; quod multi simul eandem rem appetunt, quam tamen
saepissime nec quae frui communiter, nec dividere possunt: er-
go status naturalis est bellum omnium in omnes.

Responsio. Recensitae discordiarum causae nimis singulares sunt, quam ut o-
mnium in omnes bellum valeant excitare. Nam et ingeniorum
certamen apud omnes non est, sed tantummodo apud eos, qui supra
vulgus eminent, neque etiam eos qui caeteris praecellunt, malus iste
invadit omnes; sunt enim, qui caeteris, quibus excedunt, dotibus animi
etiam animi modestiam addant. Sic non adeo frequentes possunt esse
casus, in quibus multi rem eandem adeo ~~[illegible]~~ appetunt impense, ut
ad eandem sibi vindicandam pugnae discrimen subire quisque
paratus sit; tot enim et tam varia bona Deus in hunc mundum ef-
fudit, ut probabile non sit, valde frequenter contingere posse, ut
multi eidem rei inhiant. Ex quibus patet statum hominis natura-
lem haudquaquam esse bellum omnium in omnes.

Objectio 206. Ex natura humanarum passionum, ut ait Hobbesius, perspi-
cere infertur, naturam homines dissociasse, et ad mutuam cae-
dem aptos, inclinatosque produxisse; idque experientiae consentane-
um est. Cur enim unusquisque, quando iter ingreditur, comitatus quae-
rit, arma gestat? Quando dormitum it, fores claudit?... Nonne
cautela ista genus humanum accusat, et hostilem cujusque er-
ga alterum animum demonstrat?.... Reges vero, et personas
summam habentes potestatem omni tempore hostes esse inter se
ex eo patet, quod alii aliis respecti comparent, patet ex armis et
praesidiis ad confinia collocatis: ergo &.

Re-

His, quae a Hobbesio inscripta sunt, facilis patet responsio. Et qui- Responsio.
dem mirum est, quod cautelae, quibus cum privati, tum Principes utun-
tur, homini Philosopho adeo manifestam ansam imponere potuerit.
Cautelae prudentis animi sunt; et omnes hostes sibi existimare ma-
lignae, et ferinae indolis est. Ad adhibendas ideo cautelas satis est, quod
eo animo comparati sint illi, quibuscum agendum est nobis, nonnullos,
et alios non ignoramus, in tanta hominum multitudine multos esse ma-
los, et ad malum faciendum data occasione paratissimos. Et Principes
cum ignorant, quid Principum vicinorum in corde vel eo tempore la-
teat, vel postmodum fieri possit, justissime, et prudentissime castel-
la, et praesidia ad confinia collocant.

Ut habeatur status hominis naturalis, exspoliandus est ille tum o- Objectio 3tia.
mnibus supernaturalibus donis, si quae recepit, tum omnibus facultati- 207.
bus artificialibus, quas nonnisi longo temporis tractu, multiplicique pro-
fectu sibi potuit comparare: sed si hoc fiat remanet animal abstracta,
absolutissimum solis ~~[illegible]~~ sensationibus instructum: ergo &c.

Admittimus, exspoliandum ad inveniendum statum hominis natura- Responsio
lem, ab eo detrahenda esse dona supernaturalia, quae scilicet homi-
nem ad finem ordinant supernaturalem, nempe ad beatitudinem in
clara, et intuitiva Dei visione repositam. At negamus detrahenda itidem
esse ea dona, quae hominem perficiunt intra ordinem ipsius naturae, qui-
bus perfecto esse debuit primus homo instructus, ut ea in posteros paterna
educatione transfunderet; quaeque illi necessaria erant, ut vitam duceret
naturae suae consentaneam. Negamus etiam facultates cognoscendi, ratio-
cinandique artificiales esse dicendas, cum ad ipsam naturam pertineant,
dataque occasione in actus suos exeant. Quamobrem non dubitamus

ho-

hominem etiam in sylvis enutritum, omniq[ue] humana ope destitutum;
postquam ejus corpus robur acquisivit necessarium, ratiocinari, cogno-
scere, ac intelligere utcumque posse. Quod si vero ut contendit Rous-
seavius hujusmodi homo omni prorsus cognitione, praeterquam sensuum
fere penitus destitutus, id profecto clarius demonstrat, domesticam edu-
cationem homini deberi ab ipsa natura, ne frustra insensum facultate
cognoscendi, ratiocinandique ab ipsa donatus sit. Ex quo consequitur il-
lud ipsum, quod volumus, nempe naturalem hominis statum non esse soli-
tarium, et sylvestrem, sed domesticum, et socialem.

Objectio 4ta. Natura non praeparavit homines ad societatem: ergo &c. Ant. prob. Co-
208. gnoscendi facultas, et linguae usus ad societatem necessarius est; sed nulla
lingua ab ipsa natura hominibus indita est: ergo &c. Omnes quippe lin-
guae vocibus constant, quae non ex ipsa natura, sed ex arbitraria hominum
institutione, et ut dici solet ad placitum significant: ergo &c.

Responsio. Nego ant. Ad ejus prob. con. maj. distin. min. Nulla ab ipsa natura est
indita ea ratione, quod nullo docente vel instituente sponte usu pro-
fluat con. eo sensu quod naturae rationali non conveniat ac de-
beatur, nego min. et cons. Homines nempe nasci debent iis orga-
nis instructi, quae ad loquendum seu ad formandas, articulandas-
que voces necessaria sunt: deinde esse debent naturaliter capaces com-
parandi usum loquendi, alligandique certis vocibus certas, ac deter-
minatas ideas, imo et novas condendi linguas, et perficiendi jam condi-
tas, atque vigentes. Ipsa insuper hominis natura exigit, ut ponantur in
eo statu, quo linguarum usum sibi valeant comparare. Hinc primus ho-
mo donari debuit lingua aliqua, non provida, sapientique, naturae
a Deo supremo rerum omnium Opifice: ut reique modo parenti Ada-
mo

mo inditam a Deo fuisse linguam aliquam, ex S. Scriptura colligimus, quae refert Adamum, paullopostquam creatus fuerat, locutum esse, dum namque cunctis animantibus nomina imposuit; ac Eva etiam locuta dicitur, cum serpente. Et sane quam misera fuisset primi hominis conditio, si Evam intuens ex sua costa efformatam, eamque sociam sibi datam intelligens eam tamen alloqui verbis non potuisset.

Societas juri naturali adversatur: ergo ad societatem homo natus esse non potest. Ant. prob. In societate conditionum inaequalitas requiritur; sed conditionum inaequalitas juri naturali adversatur: ergo etc. Min. prob. Homines jure naturali sunt aequales: ergo etc. Objectio 5ta. 209.

Nego ant. Ad ejus prob. nego min. Ad ult. distin. ant. Homines jure naturali sunt aequales, eo sensu, quod eandem habent naturam, originem, et destinationem, conc. eo sensu quod contra hominis naturam sit, ut alter ab altero pendeat: nego ant. et consqu. Ad singula itaque respondens dico imprimis, societatem non modo juri naturali non adversari; sed imo eam a Deo institutam esse, ut facilius, et tutius jus naturale servetur: cum enim ut luctuosa experientia constat, variis cupiditatibus obnoxii sint homines, quae tum juri naturali, tum bono publico plurimum nocent eo potissimum consilio instituta est societas, ut cupiditates ipsae certis legibus, quodam veluti fraeno coerceantur. Neque autem conditionum inaequalitatem juri naturali adversam esse; id enim juri naturali non opponitur, quod mediante ratione, et ex libera hominum conventione institutum est; ejusmodi porro est conditionum inaequalitas, cum enim ut cujusque jura serventur illaesa, omniumque saluti prospiciatur, coercendae sint cupiditates, omnisque violentia comprimenda, quod tamen fieri non potest, nisi homines vel Responsio.

uni

multorum imperio esse homines subiiciant. hinc factum est ut necessarium agnoverint homines, se alicui regendos subjicere, et partem suae libertatis cedere, quo tutius alteram retinuerent. Conditionum igitur inaequalitas, quae non minus legitima est, quam conventiones ipsae ex quibus derivatur, cum jure naturali minime pugnant. Jure quidem naturali omnes ~~quidem~~ nascimur aequales, verum non eo sensu quod natura nostra non ferat, ut alter alteri subjiciatur, cum legitimae sint causae, ut alter ab altero pendeat; neque enim secundi conditio parentibus filios submittat: sed jure naturali omnes aequales sumus, eo quod communem habemus naturam originem, et destinationem, omnes enim accepimus naturam intelligentia, et voluntate praeditam, omnes eumdem habemus auctorem, et omnes denique ad eamdem felicitatem destinamur.

Objectio 6ta 210. Concipi nullatenus potest, inquit Rousseavius, cur homo in statu primitivo, magis alio indigeret homine, quam simia, et lupus sui similibus indigeant; neque hac posita indigentia, quodnam esse posset motivum, quod alium ad ipsum juvandum impelleret: ergo etc.

Responsio. Si status hominis naturalis, ac primitivus talis fuisset reipsa, qualem commentus est Rousseavius, admitti utcumque posset, hominem non plus homine indigere, quam lupus lupo, simia simia indigeat; at statum illum fictitium esse ex iis quae diximus, patet, quare falsissimum est, non magis hominem homine, quam lupum lupo indigere. Quamquam falsum est etiam, hominem quoad vitam animalem, non magis indigere homine, quam brutum bruto;

to; quia bruta variis instinctibus naturalibus instructa sunt, quibus moveran-
tur ad ea quaerenda, quae necessaria sunt; quibus tamen instinctibus homo
non gaudet. Quare homo extra societatem positus inferioris esset conditio-
nis, quam bruta ipsa. Ex quibus denique principiis confundi potest Roussa-
vius: ex principiis quae statuit: Nos nascimur debiles, quare indigemus vi-
ribus. Nascimur omni re destituti, unde egemus assistentia. Nascimur stupidi,
atque adeo egemus prudentia. Totum id quo cum nascimur caremus, et
quo opus habemus nobis educatione donatur. Ergo (quis non legitimam di-
xerit hanc ex principiis Roussavii sequelam?) ergo natura ipsa ho-
mines ad societatem comparavit.*

Caput 14.

De officiis hominum in ordine ad varias societatis species.

Societas alia domestica, alia civilis est. Domestica, quae etiam Variae societa-
simplex et oeconomica nuncupatur ex paucis hominibus privati commo- tis species?
di causa coalescit. Civilis, quae etiam composita dicitur ex aliis minoribus 211.
societatibus constat, dum plurimi boni publici causa se in unam adstringunt, qua-
lis est civitas, Resp. Regnum; haecque politica etiam appellari consue-
vit. Domestica triplex potissimum distinguitur, nempe conjugalis, pa-
terna, et herilis. De tribus hinc pauca modo subjiciemus, de societate
civili postea brevissime quae praecipua sunt suppeditabimus.

Prima maximeque naturalis omnium est societas conjugalis ab ipso Quid societas
conditore naturae Deo instituta, quod postquam sub initium Adamum, et conjugalis, e-
Evam condidit, eosdem propagandi humani generis causa conjunxit. utque fuit?
Hinc spectata praecise natura hujus societatis recte definitur esse socie- 212.
tas simplex personarum diversi sexus mutuo consensu legitime inita
pro-

prolis suscipiendæ, educandæque causa. Finis vero quidam primarius est prolis tum generatio, tum recta quoque educatio; secundarius autem est ista societas, subsidium mutuum, solamen, et juvamen, quoad officia imprimis domestica.

Quæ conjugum officia? 213.

Plura sunt conjugum officia, nos præcipua attigamus. Communia itaque utriusque officia ad hæc maxima reducuntur capita: primo ut fidem conjuges sibi mutuo intemeratam, inviolatamque servent; quapropter gravissime in legem naturæ peccant adulteri, qui alteri, quam conjugi corporis sui copiam faciunt; 2do ut mutuo se mutuo amore prosequantur, ac salutis incolumitatis prosperitatisque mutuæ curam gerant; 3tio ut seu in adversis, seu in prosperis se invicem adjuvent, utorque alter alterius si emendare nequeat, æquo animo perferat. Quoniam vero in omni societate præcidenda est litis, discordiisque occasio, cumque ad hoc præstandum optimum sit remedium, si prudenti unius imperio omnia administrantur, in conjugali etiam societate imperium aliquod vigere oportet. Jam vero cum inter pares illi præcipue imperium debeatur, cui et ratio, et consilium, et prudentia major est; inde consequitur, viris, qui et plurimis quasi prærogativis aucti sunt, imperium quoque et in familiam, tam in uxorem ~~[illegible]~~ attribuendum esse. Mulieres igitur viris suis subditæ sint oportet. Sic jubet etiam Apostolus: Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Debent tamen viri uxores diligere, easque habere tanquam socias, non veluti famulas: sic enim præcipit Apostolus idem: Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam.

An.

Cum ad humani generis felicitatem pertineat, ut nova identidem proles societatem con-
te augeat, et quod in alia morte vivorum mantra aliis novis singulis procre-
antibus supplantentur, inde patet societatem conjugalem humano gene- pta. stc.
ri necessariam esse, quia sine ea species humana propagari non posset. 214.
Quare etiam dubio vacat, praeceptum esse jure naturae conjugalem so-
cietatem in respectu ad totum genus humanum; non tamen praece-
ptum hoc singulis hominibus impositum est, nec singuli ad matrimoni-
um ineundum tenentur, sicuti ~~perperam~~ existimant recentiores haere-
tici. Namque multiplicato genere humano, cuique liberum est Matrimo-
nii, vel caelibatus statum eligere. Jesus Christus Dominus Matth. 19. Virgini-
tatem, et caelibatum tanquam singulare Dei donum, perfectioremque
statum commendat. Jam vero cum nostris etiam temporibus non desint
impii ejusmodi homines, qui Virginitatem, et caelibatum velut societa-
ti civili adversum, et statui ... noxium traducant; idcirco non levis
momenti rem facturos nos esse existimamus, si eorum ut prop. absurdam
eorum sententiam refellamus.

Ad societatem conjugalem ineundam singuli homines non tenen- Propositio prima. 45.
tur; quinimo caelibes remanere non paucos societati civili utilissimum. 215.

Ob.

Pars prima prob. 1º quae ratio evinceret singulos homines ad ma-
trimonium ineundum teneri ea potissimum erit humanae speciei pro-
pagatio: sed ad ostendendam universalem obligationem ratio ista non
valet: ergo &c. Min. prob. licet non omnes matrimonio jungantur, sed ali-
alii caelibem vitam vivant, nullum tamen inde periculum imminet, ut
humanum genus ex propagationis defectu intereat, cum plures sem-
per esse soleant, qui Matrimonium appetant, quam qui respuunt.

ex:

ergo &c.

Pars altera prob. Id est utilissimum est societati civili, quod ejusdem felicitatem, et bonum maxime promovet; sed caelibes non pauci dignitatem servantes societatis civilis felicitatem, et bonum promovent: ergo &c. Min. prob. Felicitas societatis humanae, et civilis non in solo hominum numero consistit, sed etiam, et quidem potissimum in recta civium educatione, unde officia sua tum erga Deum, tum erga seipsos, tum erga alios agnoscant, et exequantur; sed ad felicitatem hanc maxime conferunt caelibes non pauci meritabilibus matrimonii curis, ac occupationibus liberi; eamque facilius promovere possunt, quam alii qui societatis conjugalis molestiis, negotiisque distracti sunt: ergo &c. Min. cuique patere debet. Societas enim politica ex nobilibus, plebeisque civibus coalescit; porro viri nobiles publicis negotiis ut plurimum intenti, erudiendae juventuti his omnino vacare non possunt, atque etiam fastidiunt: Plebei autem praesertim, si tenui urgentur fortuna, fortunae suae augendae cura distrahuntur, proindeque proli educationi aut nihil, aut certe parum vacare possunt. Igitur ad liberalem civium educationem, proindeque ad societatis civilis felicitatem caelibatus maxime confert, in quo majori studio, et tranquillitate publico bono caelibes vacare possunt.

Objectio prima
210 Obiicias contra 2am partem. Deus ipse praeceptum matrimonii injunxit Gen. 1. Crescite, et multiplicamini. Idipsum insinuat S. Paulus 1. ad Cor. 7. verbis illis: Unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum: ergo omnes, et singuli ad ineundum Matrimonium tenentur.

Responsio. Distin. ant. Deus ipse injunxit praeceptum Matrimonii toti humano con-

communitati cum singulis hominibus nego aut. Praeceptum hoc crescite, et multiplicamini non respicit singulos, sed totam multitudinem hominum, ut ait D. Thomas, cui necessarium est non solum quod multiplicetur corporaliter, sed etiam quod spiritualiter proficiat, et ideo sufficienter providetur humanae multitudini, si quidam generationi operam dent, quidam vero ab hac abstinentes contemplationi divinorum vacent ad totius humani generis pulchritudinem, ac salutem; sicut etiam in exercitu quidam custodiunt castra, quidam signa deferunt, quidam gladiis decertant, quae tamen omnia debita sunt multitudini, sed per unum impleri non possunt. Profecto hoc praeceptum non pertinere ad singulos determinate, tum ex ipsius Servatoris nostri verbis, quibus continentiam, et virginitatem suadet, tum exemplis utriusque legis tam veteris quam novae sanctissimorum hominum Eliae, Elisei, Joannis Baptistae, nec non ipsius Deiparae virginitatis exemplo luculentissime patet. Testimonium vero ex Divo Paulo desumptum nihil officit: subdit enim Apostolus: ~~hoc~~ Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium.

Contra alteram prop. partem dicas. Legislatoribus semp. exosus est, et Objectio ideo societati civili adversus: ergo etc. Ant. Prob. sapientissimi legislatores, teste 217.
Jacquier, caelibatum tanquam noxium proscripserunt; sic Lycurgus caelibes infamia notavit. Plato in sua Rep. usque ad annum 35. duntaxat permisit, sed aetate elapsa, caelibes honoribus interdixit, eosque in censu nominis publicis ultimo loco addixit: leges Romanae, Graecis nec contrariae caelibatus statum molestare, atque Censoribus incumbebat cura, ut illud vitae genus impedirent: ut autem caelibatus conditioni odium, atque invidiam conflarent, ad testimonia publica non admittebantur caelibes. Quo quod mortuos in caelibe statu apud inferos torqueri judicabant Romani

ni. Et caetera ej. medii ergo q.

Responsio. Nego ant. Castitatem sancte, et religiose servatam civium numerum minuere non negamus; at licet civium numero noceat, non tamen nocet societati. Non enim, ut diximus in prob. ex solo civium numero, sed ex bonis civibus judicari debet societatis felicitas; saepe enim fit ut in qua quae erat cives inopi vulgo ac mendicabulis repleta: societatis fortunas amplificare quidem potest civium numerus, et numerus; at in societate politica non solae civium divitiae, sed honesta illorum educatio considerari debet. Neque metuendum est ne ob caelibum copiam nimium detrimentum Resp. patiatur; longe enim major est proclivitas hominum ad vitam conjugalem, quam ad vitam caelibem. Ad allata legislatorum exempla quod pertinet nego quidem [illegible] non praecipua haec illos ratio adferendas has leges permovit, quod [illegible] essent caelibes, sed quod viderent proniores multo ad vagam [illegible], quam ad [illegible] matrimonia [illegible] plures [illegible] civium, quod profecto tum prolium procreationi tum educationi contrarium est. Ad allatis exemplis alia opponi possunt exempla. Inter Aegyptios mos erat, ut Isidis sacerdotes et plerique alii Numinum ministri castimoniam profiterentur, neque ullum inde societati malum damnum timebatur. Gymnosophistae, Brachmanes, plerique Pythagorei, et Diogenis discipuli, severiores Cynici, ii que omnes qui [illegible] ministerio erant addicti, caelibatus statum religiose servabant. Castitatem velut Deorum donum habebant Romani; complura non celebrabantur sacrificia sine Virginis intercedente, inchoari quidem poterant, at sine Virginis praesentia non complebantur. Praeclara, atque sublimia Virginitatis encomia Scriptores Graeci reliquerunt. Sed haec historica, causa dimittenat

vel dicti sint, ut facta factis repellamus. Verum quæstio hæc non profanis e-
xemplis, sed sacræ Scripturæ, et Ecclesiæ auctoritate dirimi debet.

Altera hominum societas est ea, quæ inter parentes, et filios inter- Quæ societas pa-
cedit, quæ recte dici potest, societas plurium personarum, quæ per ternæ, ejus origo,
legem naturæ educationis causa consociatæ sunt. Hinc manifestum et finis?
est originem societatis hujus non aliunde, quam ab ipsa natura fluere, 218.
finemque illius esse rectam necessariamque prolium educationem.

Huic ut suis satisfaciant, parentes non modo provideant [illegible] alimenta Quæ officia pa-
[illegible], teneros a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ab iis injuriis [illegible] rentum in fili-
[illegible], omnique ope [illegible] debent, atque adeo sedulam adhibere os.?
curam circa corpus, sed etiam solliciti sint oportet circa mentem, et 219.
circa [illegible] [illegible] illorum. In eo siquidem sita est recta filio-
rum educatio, ut ita instituantur educenturque a teneris, ut rectæ con-
ditioni, ac felicitati generis humani inserviant, quo nimirum fiat cor-
poris cultura, ac præparatio vitæ conditio; [illegible] [illegible] animi cultura,
qua idonea, et utilia societatis humanæ, ac reipublicæ membra fi-
ant, magna erga Deum, [illegible], et alias officia [illegible]. Illud itaque
parentibus curæ esse debet, ut pueros suos ad supremi Numinis cogni-
tionem, cultum, et amorem verbo et exemplo informent, Tobiam imi-
tantes, qui filium ab infantia timere Deum docuit, et abstinere ab omni pec-
cato. Virtutis [illegible] [illegible] [illegible] exempla ipsis proponant. Illud
imprimis caveant parentes, ne facta verbis dissentiant, pravisque suis
moribus liberos ad imitationem pronos in vitia pertrahant. Curent e-
tiam ut liberi ab ignobili otio abducantur, et iis erudiantur disciplinis
vel artibus, quæ cujusque indoli, et conditioni videntur congruere. Sæ-
piissime autem eos magistris educandos committunt, non ideirco rara
ab

ab omni cura solutos existiment. Qui sint eorum progressus, quæ agendi ratio, qui mores, inquirere debent; qua in re non leviter peccant permulti parentes, qui sæpe sæpius ne illorum quidem præceptores agnoscunt. Cum denique ad eam ætatem pervenerint filii, ut aliquod vitæ genus sibi sit eligendum, ipsis id vitæ institutum proponatur, quod non caro, et sanguis, sed quod voluntas Dei, æternaque liberorum felicitas suadere videatur.

Quæ officia liberorum erga Parentes?

220. Cum vero tanta, tamque ardua sint officia Parentum in Filios, facile colligere licet non minora esse liberorum in parentes officia. Hæc porro omnia ad quatuor præcipua revocari possunt, honorem videlicet, amorem, obedientiam, et auxilium. Et primo quidem honor, et reverentia debetur parentibus, nam qua Dei, cujus locum erga nos tenent, sunt imagines. Divinæ potentiæ, qua vitam nobis impertiuntur, instrumenta, et divinæ providentiæ, qua nos nutriendos curantes fuerunt. Et primo quidem honorem ipsa suggerit naturam, cujus præceptum ita Deus confirmat: Honora patrem tuum et matrem tuam. Peccat porro in Deum ipsum contumeliosus, qui injuriam parentibus infert; atque idcirco morte damnatus dicit Deus, qui tanto munere dicat, qui maledixerit patri suo, vel matri morte moriatur. Duo autem potissimum postulat honor parentibus debitus, primum est, ut eos consulant filii in rebus alicujus momenti, eorumque consiliis acquiescant, nisi lex divina obstiterit; alterum est ut parentum infirmitates patienter sustineant; Fili, inquit Ecclesiast. suscipe senectam patris tui, et non contristes eum in vita illius; et si defecerit sensu, veniam da.

Tenemur denique amare parentes nostros, prout jubemur: si-

enim

cum commune omnibus hominibus sit officium, gratum se pro beneficiis praestare, quanto magis id erga parentes praestandum erit a quibus tot beneficia accepimus. Summopere igitur studendum est, ut parentibus nostra agendi ratio in omnibus placeat, ut sive pro bonis laetitiam, sive pro malis, quae iis accidunt, dolorem ipsis significemus.

Parentibus insuper nostris obedire debemus, cujus rei illustre exemplum praebuit Christus Dominus, de quo scriptum est: et erat subditus illis. Idem etiam Apostolus praecipit: Filii obedite Parentibus vestris in Domino; hoc enim justum est.

Denique Parentibus etiam auxilia ad vitam sustentandam pro ratione status, et conditionis suppeditare debemus. Nihil enim aequius est, quam iis partim saltem rependere ex iis, quae ab ipsis accepimus. Nam quidquid beneficii in parentes conferant filii, nunquam tantum debent, quantum sibi ab ipsis collatum fuit.

Tertium societatis genus est herilis societas, quae inter Dominos et servos seu famulos intercedit. Haec recte dicitur societas privata inter herum, ubi finis, et cujus et servum eo fine instituta, ut hic in obsequium, et commodum 221.
heri officia quaedam exequatur. Circa societatis hujus originem dissentiunt auctores, nos eam sententiam amplectimur, quae propius ad veritatem accedere videtur, quod scilicet originem suam [illegible] habuit, ac servitus ex ultroneo consensu, ac contractu, ab inaequalitate fortunae, aut ex propriae habitudinis convenientia duxerit.

Officia Domini in famulum breviter attingentes, dicimus imprimis, quae officia Domini imperium Dni in famulum, nec durius, nec mollius aequo debere, nisi in famulum?
non durius, quia quivis Dominus meminisse debet illud Apostoli loquentis de Dominis relate ad servos: Vos, Domini, eadem facite illis 222.
ra:

remittentes minas; scientes, quia et illorum, et vester Dominus est in Caelis, et personarum acceptio non est apud Deum. Debet itaque humanitas et charitas, ut illius ministerii difficultates et demissionem, quantum in nobis est temperemus mite, et mititer cum illis agentes. Cum vero nimia bonitate saepe abutantur famuli, ideirco moderatae benignitatis limites excedere non ~~[illegible]~~ debemus. Sic nos monet illud Prov. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Dominus deinde tenetur statutam cum famulo mercedem tempore debito persolvere, eamque ipsam non differre; nam famulos sua mercede fraudare gravissimum est peccatum, et ut quasi homicidium Scriptura reputatur: Qui effundit sanguinem, et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Quod si famulus in morbum aliquod inciderit ad humanitatem, et beneficentiam domini spectat, diligentem illius curam adhibere ut amissam possit sanitatem recuperare. Quod vero spectat ad bona spiritualia tenetur Dominus sui famuli saluti impensius consulere, nihilque omittere, ut illum a malo deterreat, et ad bonum excitet. Quare in curandum est Domino, ut famulus omnia, quae ad vitam sancte et religiose ducendam necessaria sunt, discat, et ea omnia fugiat quae vitam, et bonos mores corrumpunt. Hinc enim ut notat S. Aug. tanquam suae familiae Episcopum se reputare debet, et ea, quae pastorem decet, sollicitudine, suos domesticos ad Dei cultum impellere.

Quae officia famuli in dominum? 223.

Famulus vero reverentiam, et obsequium Domino suo exhibere debet: quae Dominus imperat, modo turpia non sint, fideliter exequi debet: a contumeliis, fraude, perfidia abstinere debet, nec nec ante constitutum tempus servitutem exuere, utinque Domi-

num

dominum disalloquens. Quae si quando delinquat, idque a Domino pe-
nis aliquibus juste afficiatur, eas aequo et silenti animo perferre debet.
Uno verbo majori, qua potest sollicitudine Domini rem bonam procurare
debet.

Societas civilis definiri potest hominum multitudo, qui sub eodem fine societatis et
regimine publico consociantur, securitatis felicitatisque comparandae sibi, ejusque fi-
gratia. Societatis hujus finis, ut ex ipsa definitione colligitur, est communis nis?
vivendi securitas, ac felicitas, quae cum longiori tempore vix possit 1224.
sine virtutis, honestatisque cultura subsistere, ~~finis~~ finis ejusdem ali-
quatenus recte dicitur ab ... : Abundantia virtutis, ac sufficientia
fortunarum tum in commune, tum cuique propterea; atque in fe-
licitate non modo externa sed etiam interna consistit.

Forma societatis civilis triplex fere statuitur, prout nempe summa Quae sit forma
potestas, vel penes unum, vel penes plures est. Quod si unius omnia summo ejusdem
imperio reguntur, qui Imperator, Rex, Dux, vel alio quovis nomine, pro dignitate, et quae
Principi conveniat, appellatur, Monarchia vocatur, sive Monarchica est illius potestas
forma; Aristocratia, sive Aristocratica forma dicitur, si ab Optimatibus 1225.
vel honoratioribus nobilitate, ac dignitate conspicuis Resp. administratur.
Democratia denique, sive Democratica forma est, ea a concilio quodam,
in quo quivis e populo suffragii jus habet, Resp. gubernatur. Sive
vero, sunt membra, ex quibus componitur civitas, quaecumque demum
in illa sit imperii forma, duo sunt praecipua, una quae gubernat, al-
tera quae obedit.

Quaestionem instituere solent nonnulli circa societatis civilis originem; Quae illius ori-
nem. Nos paucis illam expedimus ajentes generatim a Deo summo 90?
ptam esse; certum est enim, Deum civilem societatem velle, et in- 220!
fe-

tionum a superioribus dependentium: Per me Reges regnant, in-
quit Deus Prov. 8. Et Apostolus: non est potestas nisi a Deo, quae au-
tem sunt a Deo ordinatae sunt. Quod si civilis potestas quaeritur,
prout in hoc, vel illo residet; dicimus priscis temporibus Parentes filios
educasse, et cum potestate iisdem praefuisse; filii autem adul-
ti Patriae potestati tacito veluti consensu subiecti manebant. Cre-
scentibus vero familiis, supremam publicamque potestatem sibi
elegerunt, totamque auctoritatem vel uni tantum, vel pluribus
detulerunt. Jure deinde haereditatis, bello, victoriis creverunt impe-
ria, atque perfecta sunt.

Vinculum illius. Cum summo consensu tum imperantes, tum subditi publico bo-
127. no studere debeant, ad hoc obtinendum aptissimo quodam veluti
vinculo utrosque inter se coniungi oportet, quo sane arctius nullum
esse potest, quam mutuus imperantium, et subditorum amor. Illo
enim imperantes amant subditos et subditi imperantes, unanimi
omnes studio ad communem felicitatem suam conferunt ope-
ram. Elegantissimam hac de re dissertationem habet Plutarchus,
ubi Statum cum humano corpore comparat, ejusque membra
singula enumerat. Nos illius locum utpote longiorem omittimus
et ultima tantum, quibus illum claudit verba recipimus: Tan-
quam collum quo capiti corpus adhaeret, est amor mutuus Regis et
Regni, in quo consistit vita civitatis.

Praecipua sub- Singulorum singulorum conditioni officia proponere instituti no-
diti erga Princi- stri ratio non postulat; ne tamen nihil prorsus de peculiaribus
pem officia. officiis societatis civilis dicamus, ea persequi summatim juvat, quae
128. ab omnibus subditis erga suum Principem praestanda sunt. Quae-

rum:

[illegible] [illegible] [illegible] spectant, [illegible] Principes
[illegible] subditos [illegible] Praeterea, [illegible] quali [illegible]
[illegible] Princeps... ornamentum ac propugnaculum est. Officia itaque a quocumque in civitate quadam degente [illegible], maxime [illegible]. Primo ut unusquisque Patriam, Principemque, tamquam communem omnium Patrem amore prosequatur, ac pro Principis et Patriae defensione non tantum subsidia suis facultatibus, sed ipsam si necessitas ferat, personam offerat. 2do ut non tantum Principi, sed etiam constitutis ab eo magistratibus omnem honorem ac reverentiam [illegible] obsequium exhibeat. 3tio ut erga concives suos benevolum se praebeat, paci, concordiae, caritatisque, iustitiae, et humanitatis officiis studeat. Absque his siquidem non modo commune omnium, sed etiam privatum singulorum damna plurima pati necesse est, in quo tamen [illegible], unicus societatis civilis finis consistit.

Plures quaestiones proponi, quae, antequam huic capiti finem imponamus, discuti possent. Verum ex iis nonnullae, jam alia sede pertractatae fuerunt, nonnullae non tanti sunt momenti, ut in iis pertractandis immorari debeamus. Una superest quam non esse penitus praetermittendam existimamus. Non desunt, qui societatem civilem vel necessariam non esse, vel parum utilem audeant vocitare; contra hos itaque statuendum ducimus.

Societas civilis non modo utilissima, sed etiam attenta naturae hominum conditione penitus necessaria est. Propositio [illegible] 229.

Pars prima prob. Societas et civilis utilissima est, si ex ea plurima bona in omnia membra illam constituentia promanent. atqui res ita se habet: ergo &c. Minor inde patet quod in societate civili plurima

ad

adeunt ad bene vivendum adjumenta, multi sunt, qui publico, privatoque bono promovendo invigilant, vinculum inter cives arctius et variae artes, et scientiae excoluntur; quinimo Religio ipsa sine societate civili decenter non coli posset; accedit, quod homines ipsi unanimi consensu civilem statum amplexi sunt: plurima ergo bona &c.

Pars altera prob. Societas civilis praesenti hominum conditione spectata necessaria penitus est, si absque illa pax, et tranquillitas haberi non possit; atqui dempta civili societate pax, et tranquillitas consistere non posset: ergo &c. Min. certa est; multiplicato enim genere humano, fieri non posset, ut in tanta hominum multitudine non invenirentur aliqui, qui suis cupiditatibus acti in alios insurgerent, et eos vel ipsos rebus suis expoliando, vel alias iis injurias inferendo, vel dominium arrogando sibi imperium commune tranquillitatem turbarent. Hinc necessarium omnino est, ut his, aliisque quamplurimis malis, quae felicitatem omnium perturbarent, per civilem societatem ejusque leges occurratur. Quare Divus Thomas, homo, inquit, naturaliter est animal sociale; socialis autem vita multorum esse non posset, nisi aliquis praesideret, qui ad bonum commune intenderet.

Scholium. Difficultates, quae adversus hanc assertionem afferri possent, jam dissolvimus, ubi hominem ad societatem natum esse defendimus. Concludimus itaque hanc etiam particularis Ethicae partem, in qua de praecipuis hominis officiis agimus. Quod si quis omnia, quae civis officia sunt, paucis collecta desiderat, en quomodo Apostolus ad Rom. scribens ea exponit; Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem; nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui

qui

qui enim diligit proximum, legem implevit

Finis

numquam nulla ratione esse suadet, aut mandat actum: estque enim eius ipsi errandi liberandus, si ipse est.

Ad veritatis virtutem pertinet ita loqui, ut qui audit plane intelligat, Dialectio 1ma.
quod in animo nostro sentimus; sed verbis ambiguis respondens ita non lo- 170.
quitur: ergo &c.

Distin. maj. Si non sit justa causa celandi veritatem, con. secus nego maj. et sic Responsio.
Distin. min. nego cons. Sermo qui licet obscurus sit, menti tamen loquentis conformis est, justa de causa adhibetur, et ab attento audiente intelligi potest, veritatis virtuti non adversatur.

Equivocae locutionis usurpatio conversationi humanae, vitaeque socia- Dialectio 2da.
li adversatur: ergo &c. Ant. prob. Non minus per talem sermonem homo ab 171.
homine abalienatur, quam per talis idiomatis usum, quod intelligi nequeat, quia aeque sermone ambiguo circumvenitur, neque adinvenienditur audiens, quam si peregrino idiomate eidem respondeatur: ergo &c.

Distin. ant. Equivocae locutionis usurpatio adversatur conversationi hu- Responsio.
manae &c. si ejusmodi locutio passim, et sine justa causa adhibeatur, concedo: si tum solum adhibeatur cum justa causa illa uti suadet, nego